Paræneſis Leuini Crucij Curionis Boſcepani,

ad Potentatus Chriſtianos, vt percuſſo inter ſe fœdere, ferrum in Turcam ac Lutherũ, illiusq; coniuratos ac pertinaces aſſeclas conuertant: inſertis aliquot de rebus orthodoxæ fidei diſſertatiunculis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Venuſtiſſ. Rhythmus eloquentiſſ. diſertiſſimiq; uiri piæ recordationis F. Ioãnis Placentii dominicani, in Lutherũ, & ipſius aſſeclas.

O Sæui conatus Hæreticorum,
Quas tempeſtates nunc excitatis?
Quàm horrida exempla prodigiorum?
Quàm uaſtos errores excogitatis?
Quot hominum Myriades intoxicatis?
Vſqueadeo, ut uix inueniatur ſyncærus,
Quam Zizaniam ſpargit dux iniquitatis,
Peſtifer huius ſeculi Lutherus?

Sacramenta ridentur, Virtus decreſcit.
Operoſa fides nunc eſt ſpreta.
Refrigeſcit Charitas. Spes areſcit.
Omnis diſciplinæ conculcatur meta.
Monialis Monacho nubit læta:
Ruſticus in doctum turgeſcit ſeuerus:
Qui magis inſanit, fortior eſt Athleta,
Peſtifer huius ſeculi lutherus,

Sacerdos eſt quilibet Chriſtianus:
Nam abſq; differentia ſunt æquales cuncti.
Nil intereſt, ſacer ſis, an prophanus:
Citius moriuntur qui ſunt inuncti,
Tendunt in ſuperos omnes defuncti,
Textus eſt clarus, ſed fallit nunc Clerus.
Qui ſunt Lutherani, ſic ſunt compuncti,
Vt peſtifer huius ſeculi Lutherus.

Veram

Verum omnes profitentur Libertatem,
Qua liberius cadant in infernum.
Celebrant hic ſuam feſtiuitatem,
Sed non gaudebunt in æternum.
Bibant nunc muſtum, lingant falernum:
Concinant, Poëtiſent ut Homerus,
Non erit ſemper tempus uernum,
Quo regnabit peſtifer huius ſeculi Lutherus.

Finis.

Hierony. Clichtoueus ſacræ Theologiæ licentiatus Leuino Crucio Curioni Boſcep. iugem incolumitaté mentis, et corporis in chriſto.

R*Edditæ mihi fuere literæ tuæ ad finem Octobris, Cruci longe chariſſime, diſertiſſimeque: unà cum duplici libello & graphico & pio, quem mirari potius, ac ſuſpicere debeam, quàm excutere, atq; ad unguem (ut rogas) caſtigare. Gaudeo ſane Muſas diuino famulari ac inſeruire cultui: & quod Anna Bins uirgo pudiciſſima ac Rhetor noſtras Antuerpiæ egit in Lutherum, & illius Aſſeclas, uernacula lingua ſuauiterq; ſonantibus Rhythmis; id Crucium uberius, & multo quidem efficacius carmine tentaſſe Latino. Iuſto enim dei iudicio fit, ut qui deferre nolint superiorib⁹, ipſi ſane ab infimis quibuſq; male audiant, uapulent, explodantur. Quòd ſi hi tui luſus me non parum oblectent, quid putas efficiet iuſtum illud quod polliceris uolumen? ubi gladio uerbi Dei, cenſoribus ac armatura inuictarum rationum hoſtem premis, confodis, conficis. Cingant Muſæ tua tempora lauro. Quum intelligerem cras grammatophorũ tuum, redi*

tum ad te parare, nolui ſine qualicunq; reſponſo uacuum remittere: cui cōmiſi cum iis literis librū hunc tuum, à me iteratò & attentè perlectum: in quo nihil equidem offendi punctione dignum. Vale in Chriſto Ieſu, idq; feliciſſime. Brugis.

Franciſci Craneueldii .LL. Doctoris & Conſiliarii C. M. in laudem Leuini Crucii Authoris huius libelli Epigramma.

Carmina Leuini modulans, rediiſſe putabit
Naſonem, & ſuperosiam repetiſſe locos.
Quodq; magis mirere: ſacræ myſteria legis
Claudentem numeris dulciſonaq; Chely.
Flandria ter felix, quæ talia ſemina profers:
Quæque tuo uati præmia digna refers.

¶ Argumentū operis conciſum.

Lernam malorum dogmatis Lutherici,
Breui libello ſic Leuinus uerberat,
Vt Orthodoxam uindicet recte fidem.

Idem ἑλληνιστί.

λέρνην κακῶν λουθηρικῶν τε δογμάτων,
Μικρᾷ βίβλῳ λιβῖνος οὕτως τύπτεται
ὡς ὀρθοδόξῃ πίστει ἀγονίζεται.

ἀγονίζ. ο, ρ ω Syſtole æolica.

τέλος

Choriambicū Franciſci Alopetii Gymnaſiarchæ Baliolani, in Parænesin Leuini Crucii, Curionis Boſcepani.

CHriſtum quiſquis amas, & Crucium modo,
Lector iure bono dilige candide.
Chriſti dogmatibus qui procul arceat
Hoſtem ſchiſmaticum, Pallados Ægide.

Non

Non tam dura fuit conditio Ducis,
Raptorem Latii qui domuit Cacum.
Et portenta manu contudit improba,
Quàm qui letiferas ſubiugat hæreſes.
Leuinus ualidum præſtitit Herculem,
Quum proſa nequiit, Carminibus malum
Vicit flammiferis. Carmina Cynthiam
Poſſunt Æthereis ducere ſedibus.
Orpheus carminibus ſiſtere flumina,
Amphion potuit ſaxa reflectere.
Quid non flexanimo Carmine uincitur?
Leuini numeris paruit Hæreſis.

¶ Diſtichon uenerabilis Chriſti myſtæ Petri Walſcappelæ hypodidaſcali Baliolani.

Gaudeat omnis amans Chriſti. Nam carmine ſacro
Vicit Leuinus fortior hæreticos.

¶ Phaleuciũ uenerabilis Chriſti ſacerdotis, Petri Theobaldi Baliolani hypodidaſcali.

Nunc Chriſti fidei ſacræ rebellis
Contritus reſipiſcat, & precetur
Mentem corde piam magis: ſequatur
Virtutem, Sathanæ iugo remoto.
Præſtabit dubio procul benignus
Peccati ueniam ſalutis author
Humanæ. Crucius ſacer Poëtes
Huc tam melliflua uocat poëſi.

¶ Diſtichon Henrici Theobaldi cæci Belgici Rhetoris Baliolani Ad lect.

Excubiis uariis à uero hic diſcute falſum,
Peſſima deuitans, optima quæque ſequens.

Inſigni Doctori Theologo Louanienſi M. N. Iacobo Latomo, Leuinus Crucius parochus Boſcepen. obſequium offert & reuerentiã.

QVoniã ab ineunte ætate, ab ipſis fere incunabulis ac crepundiis (ut doctorũ & ueracium hominũ narratu accepimus) in monte Parnaſſo bicipiti, nõ dico ſomniaſti, ſed lucubraſti uerius: atq; ex ipſis Aonidum fontibus os, labraq́; proluens, affatim bibiſti: Nec nõ & in florentiſſimis diuinorũ eloquiorum uiretis, imò delicioſiſſima paradiſo multos Soles, annoſq́ plurimos uerſatus es: id eſt. humanas diuinasq́; literas imbiberis abunde, ut luculentiſſime tua uetuſtiſſima eruditiſſimaq́; probant, ac loquuntur te tacente monumenta, Latome Theologorũ decus columenq́;. Non potui ſanè cuiquã alii noſtrum iſthuc Poëmatiõ (ſi modo poëma dici meretur) iuſtius q̃ tuæ reuerentiæ appendere, cõmittereq́; cenſendum atq; emaculandum. Quod & tuæ dignationi inſcribo conſecroq́;, in quo contra Lutherum & Turcam depugnamus potiſſimum, duos Chriſtianæ fidei perduelles peſtilentiſſimos, fataliaq́; monſtra. Id uerò quicquid tandem erit, ſupplex oro, & obteſtor te per tuã humanitatem, ut placidè, hilari, & exporrecta fronte ſuſcipias. Non ita tamen conniueas, non ita indulgeas uelim huic opellæ noſtræ, ut maculoſam ac neuoſam eſſe ſinas. Verũenimuero Iudicem te ſeuerum exhibeas, ſi quid forte (ut eſt humanum errare) in ea uel in ratione metri, uel ſermonis proprietate, uel in fide à nobis peccatum extiterit: excutiatur, uapulet, Limam patiatur. Tum uerò ſimulatq; hæc ruſtici ſacerdo

cerdotis ruſtica Muſa, hoc rude carmen, ita abs te repumicatum erit, perfectumq; decies caſtigatũ ad unguem : propugnare digneris, ac ſub umbra alarũ tuarum protegere, ceu ſub Aiacis Thelamonii ſeptemplici clypeo, ab iniquiſſimorum iaculis Sycophantarum quorũ hoc ſæculum noſtrum longe eſt fœcundiſſimũ. Scio probè me tenuem conari grandia: Scio quantopere mihi ſtrenuo uindice ſit opus, contra liuidorum calumnias: præſertim quũ ut nunc tempora ſunt & mores, periculoſæ plenum opus aleæ tractem, incedamq; per ignes ſuppoſitos cineri doloſo, ut cum Flacco loquamur. Valeat felix in Chriſto tua Reuerẽtia. Ex Boſcepa, Anno .xlii. Menſ. Ianuar.

Iacobus Latomus S. Theologiæ profeſſor, Leuino Crucio, parocho Boſcep. occiduæ Flandriæ, .S.

REmitto tibi mi Cruci tuum Poëma. Obtuli M. N. Petro Curtio, probauit: M.N. Ioanni Haſſeltio, is itidẽ probauit : & ego ab initio probaui rem, & operis religionẽ atq; pietatem. Percurri mox uno ſpiritu tuum libellum: mire placuit guſtus, & tota ipſa phraſis dictionis: nec uideo quicquã à me libello addi uel demi poſſe, maxime poſt iudicia magnorũ & eruditorũ uirorum, qui optimo iure tuum pium opus probauerũt. Ne tamen in aliquo promiſſis deeſſem meis, dũ moras nectit tuus Mercurius, Grammaticorũ ferulæ tuum poëma ſuppoſui : cuius tamen ſtigmata nolim mihi imputari, ſed plagoſo Orbilio, et Criticis Ariſtarchis. Primũ arguunt, quòd hiantes ſciſſuras ſubinde implet Hemiſtichio, Perdidit ille ſuas, aut ſimili: quod battologiam ſonare dicunt. Deinde

Flacci imitationes inconcinnas & intempeſtiuas. Addunt, ut ſunt moroſi & importuni, ſuperuacaneũ uideri, hortari ut aduerſus Lutherũ Monarchæ ſumant arma, poſt colloquium Wormacienſe. Deniq; aiunt in uerſibus qui hincinde prodeũt, plus ineſſe energiæ & argutiæ, q̃ in tuo poëmate deprehẽdatur, Duri Catones & rigidi, qui id ſibi aſſumũt, ut quos libuerit ſenatu Poëtarũ ſubmoueant. At quoniã nihil huiuſmodi grammaticorum moraris (ut ſcribis) iudicia, qui fere ſunt inclementes & ſeueri aliorum operum iudices, neq; parati aliis ueniam dare, quã ab aliis expetunt, nihil dubito, quin opus tuum prælo committi poſſit. Vale felix in domino, & nos (ut facis) dilige. Louanii, Anno. xlii. Menſ. Ianuario.

Eximio S. Theologiæ profeſſori, M. N. Iacobo Latomo, Leuin. Crucius ſalutẽ in Chriſt. Ieſu.

QVàm maximas ago tuæ Reuerentiæ Latome Theologorum inſigne rarumque decus, quòd meas hybernas lucubratiunculas ad ſeros hyberni luminis ignes elucubratas, meã illam ruſticam Paræneſim in Turcam & Lutherũ: atq; illud noſtrũ Elegidion, celebrium iſthic Louanii Theologorũ cenſuris ſubmiſeris expendendũ, excutiendũq;: tuoq; acerrimo iudicio ac libramine neutiquã fueris dedignat⁹, quæ tua eſt mira in omnes animi propenſio. Gratia Chriſto Ieſu, qui nunq̃ deeſt in ſe ſperantibus, quòd me ab omni hæreſeos labe incontaminatũ illibatũq; in hoc libellulo noſtro, atq; in animo meo præſeruauerit per ſuam immenſam miſericordiam: Cui, ſi quid in me recti, (quæ admodum rara auis eſt) equidem to

tum

tum acceptum fero. Porro quòd grammaticorũ feru
lis noſtrum ſuppoſueris carmen, grandem & ſolidam
iniiſti à me uenerabilis Doctor gratiã. At uero præ-
ſagiebat mihi animus id quòd accidit, futurum: nem
pe grãmaticos, aut uerius Criticos illos, aliqua in car
mine noſtro ſi non offenſuros, certe uenaturos quæ
culparent, calumniarẽtur, exagitarent, confoderent,
iugularent: etiam ſi decies prius à callentiſſimis utri
uſque literaturæ uiris (ut reuera fuit) foret adamuſ-
ſim caſtigatum. Nimirum ita ſunt comparati grãma
tici huius tempeſtatis ad prodigiũ ſuperſtitioſi, ut ſi-
bi nihil non indulgeant Philauti, aliis cenſores ſæuiſ
ſimi: Qui alteri de nihilo dicunt contumeliam auda
ciſſimè, de quibus me Hercules nõ dixeris temerè Pro
pheticũ illud: Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes, Pſal.139.
uenenũ Aſpidũ ſub labiis eorum. Scio equidẽ, & ſæpe
numero audiui, atq; etiamnum audio quotidie, ꝗ con
temptim, ꝗ illoto atq; incircunciſo ore, nõ dico de me
meiq; ſimilibus ſacrarũ literarum ſtudioſis, (id quod
æquius quidem ferendum foret) uerumetiã de abſolu
tiſſimis Theologis loquitẽtur Zoili grãmatiſtæ: nunc
eos barbaros, aliàs quæſtionarios, modò ſophiſtas nu
gaciſſimos: & neſcio quibus aliis ſexcentis probroſis
nominibus appellitantes: quorum tamen ne umbram
quidẽ exilem aſſecuti ſunt forioli, quiq; ad pedes The
ologorũ, quos rident ac uituperant, uiginti uniuerſos
annos, quæ ſunt fidei, docẽdi eſſent homũciones perſci
oli. At quis obſecro Theonum dentes ſcripturiens eua
ſit unquam? Nemo certe ab orbe condito, quantũuis
ſcriptor ille foret abſolutus: Nõ parens eloquii Cice

ro,non alter Homerus Romanus Maro, non Baptiſta Mant.chriſtianus Vergilius,ut in uariis ipſius liquet Apologiis,quibus calumniatorib.ac canibus ſuis reſpõdere coactus fuit. Omnes .n. quos memoraui,& longe plures,detractorum Ledoriis & Stratagematis dilacerati ſunt. Habet ſanè detrahendi ac calumniãdi uerſutia,ſicut ars militaris,ſua ſtratagemata. Et grãmatici ſemper poëtis infeſti fuere,ait Baptiſta ad Ptolomeũ fratrẽ ſcribens. Neq; maledicẽtiæ ſpicula effugere unquam potuere etiã illuſtriſſ.illi,Hierony.Auguſtinus,Ambroſius,Gregor.cæteriq;,in quibus liuor etiã poſt fata non quieſcit,cõtra illud:Paſcitur in uiuis liuor,poſt fata quieſcit.Siquidẽ in illis etiamnũ morſitandis atrociſſime,genuinũ frangit ædito libello,cui titulus De authoritate eccleſiæ & ſcriptis ueterũ,ille hæreticorũ anteſignanus,impudentiæ & audaciæ columen,ex mera hæreſi,blaſphemiis,mendaciis,ac impietatibus conflatus,conſutusq; Melanch.Quẽ nigra è terra natũ,aut è Barathro potius prorepſiſſe,nigris parentib.nempe Rhadamanto Megeraq; exortũ,mente nigra,animoq; nigro,dixeris ueriſſime: id quod ipſius opera ad unũ omnia non obſcure teſtãtur:Nõ falſo profecto canit ille,Cõueniunt rebus nomina ſæpe ſuis.Atqui ſacrilego & blaſphemo Melanch.qui os in cœlũ ponere eſt auſus, uiriliter & ſtrenue te obieciſti Theologorũ Louanien.Achilles IACOBE Latome. Reſpondiſti .n. illi,& confutaſti egregie blateronem docto admodũ libello,partim meis precibus extimulatus (qui dolentiſſime tuli Orthodoxos & Eccleſiã dei ab hæretico ſic lacerari) partim zelo domus dei,quæ

Melanchthon

eſt

eſt Eccleſia,& reuerentiæ ſanctorum patrum impul-
ſus,Eccleſiæ ſponſæ Chriſti & orthodoxorũ patrum
uindex,ultor,& aſſertor acerrimus . Pro iſthoc igi-
tur tuo in me officio,gratias ago uberrimas.Nam &
uotis meis in ſcribundo libello in Melanchthonẽ,abun
de reſpondiſti, & eundẽ mihi nominatim inſcribere
non es grauatus. Verum nunc ad Cenſores meos re-
deo. Tractent quæſo Ariſtarchi mei ſacram de rebus
fidei Hypotheſim uerſibus, æmulando ſcripturam, fe
re ceu nos fecimus, ad uerbum : iungant cum ſacra
eruditione eloquentiã q̃ nos uberiorem : ſectẽtur pha
leras,pigmenta,& lenocinia uerborum. Nihil inui-
debimus : cedemus lubentes illis gloriam, ob palma-
riam quam nauabunt operam:Sint elephanti,ſed nos
ſinant eſſe culices : ſint Gigantes , ſed nos ſinant eſſe
Pigmeos : teneant primas,ſed nos patiãtur in tertiis,
uel ultimis conſiſtere. Eloquentiam nõ obſeruaui,quã
requirant Momi, fateor.Verum reputent ſecum ue-
lim,Non omnes ad ædificationem templi Domini,au 2.Para.9.
rum,gemmas,uniones,cum Regina Saba attuliſſe:ſed
aliquos etiam ligna Pinea & lapides,cum ſeruis Hy-
ram Regis Tyrii de monte Libano . Præclare mecum 2.Para.2.
agitur,ſi non omnino uacuus apparui in Tabernacu-
lo Domini: etiam ſi ſolum Caprarum pilos attuli,uel
cum paupercula uidua,Lucæ .xxi. æra minuta duo
miſerim in Gazophylacium.Sed ſatis. Adeo certe non
offendor grammaticorũ reprehenſionib., ut etiã ipſis
iniquè licet me taxantibus, gratias agam ingentes.
Quæ in grãmaticos igitur dixi liberius,in linguacu-
los,qui lubrica ſunt lingua,& quauis figulari rota
uer-

uerſatiliore, dicta uolo: nō in doctos grāmaticos. A d iniquè obiecta differo reſpōſionē ad receſſum, & calcem libelli noſtri: hoc interim Auguſtini theologorū Aquilæ, in illud Ioan. Nō ex ſanguinib. pro clypeo cōtra æmulorū iacula obiiciēs: Nō metuamꝰ inquit ferulas grāmaticorū, dū tamē ad ueritatē ſolidam & certiorē perueniamus. Demū quiſquis eris candide Lect. te exoratū uelim, cum Gregorio ad Leandrū Epiſc. ut operis dicta percurrēs, in iis uerborū folia nō reqras. Valeat Reuerētia tua in Chriſto Ieſu felix ac fauſta. Boſcep. AN. 42.

¶ Paræneſis ad potentatus Chriſtianos, cū aliquot diſceptatiũculis de fide orthodoxa

O Dolor, ò rerum facies triſtiſſima rerū,
O rerū uultus prorſus in orbe nouus:
O cœlū, ò terra, ò maria, ò Neptunia, mo
O Catilinæis tēpora plena dolis. (res
Dixerat ò miſeras mentes, ò pectora cæca,
Carus.i.Lucret.de rerū nat.lib.2. *Carus: dicturus quid modò uiuus erat?*
O Chaos antiquum, rudis indigeſtaq́ moles,
Cognita non ſæclo Naſo poëta tuo.
Quò nunc Relligio Chriſti? Reuerentia Diuūm?
Quorſum abiit probitas? quò modo priſcus honos?
Simplicitas quò nunc? quò fas? rectumq́? decusq́?
Quò ſyncerus amor? quò modo cana fides?
Forſitan an ueluti terris Aſtræa relictis,
Hinc procul in ſuperas hæc abiére plagas?
Hæc utcunq́ habeant, tamen eſt pernoſcere promptū
Omnia nunc triſti deteriora uice.

Spre

Spreta iacet pietas, quæ maxime ad omnia confert: 1.Tim.4
Spretus amor fratrum, crimina multa tegens. 1.Pet.4.
Conculcata fides, ſine qua nemo Altitonanti
Hic placet, & ſine qua nemo beatus erit. Hebræ.11.
Exulat & paſſis Eccleſia crinibus errat:
Et refugit natos dilaniata ſuos.
Quinetiam luctu quæ res lachrymanda perenni,
Nititur hanc miſeris ſcindere quiſque modis.
Quam tamen uſqueadeo Chriſtus dilexit, acerbæ Encomion
Illius ut cauſſa ſe daret ipſe neci. Eccleſiæ
Hæc mea ſponſus ait, mea chara, decora columba,
Hæc mea formoſa eſt, pulchra & amica mea. Cantic.6.
Si quis erit iuſſis huius male moriger, ille
Publica ſit peſtis, Ethnicus ille tibi. Matth.18.
Hæc Regina, Dei dextræ, quæ murice & auro Pſal.44.
Aſtitit: & uario pulchra decore nitet.
Hæc eſt, quæ ſupero mulier rutilauit Olympo, Apoc.12
Cui tenerum ueſtit Phœbus utrumque latus.
Candida cui pedibus ſuberat, fulſitque Diana,
Sidere biſſeno quæ redimita caput.
Hæc tunica eſt Chriſti, tunica inconſutilis hæc eſt: Io.19.
Hæc ſtabilis Petri non peritura ratis.
Hæc undæ puteus uiuæ, paradiſus amœna,
Dulcia quæ uiridi ſtipite poma creat. Cantic.4.
Hæc quoque ſignatus fons eſt: concluſus & hortus: Eodem Eodem ca.
Corpus & hæc Chriſti mutua membra pii.
Hæc eſt Hieruſalem rutilis quæ uenit ab aſtris, Cor.12.
Quæ ueluti ſponſo ſponſa decora ſuo. Apo.20.
Hæc eadem quæ Rex dederat conuiuia nato: Matth.22.
Hæc eſt uirginibus concio lecta decem. Matth.25.

Hæc

Matt.16. *Hæc pariter firmo eſt eccleſia marmore fulta,*
Infera quam nequeat porta mouere ſolo.
Matt.20 *Hæc etiam uitis, Dominus quam creſcere anhelans,*
Mane laboriferos iuſſit inire uiros.
1.Timo.3. *Hæc eſt uiua* Dei *domus, hæc uerique columna,*
Robur, & hæc triſtem non obitura necem.
Matt.20 *Hæc eſt omnigenis pleniſſima piſcibus, hæc eſt*
Latior in uaſtum miſſa ſagena fretum.
Cant.3. *Dulciter hæc redolens eſt uirgula, Thuris aroma,*
Myrrhaque deſertos permeat iſta locos,
Cant.2. *Hæc campi flos eſt. Hæc lilia uallibus imis.*
Matt.2. *Nazareth hæc, ſemper florida uirga maneus.*
Pſal.44. *Hæc eſt nata dei, uerbis quam appellat amicis:*
Audi, inquit, ſpeciem rex cupit ipſe tuam.
1.Cor.3 *Hæc domini templum, hæc habitatio pneumatis almi,*
Eodem *Nos ſumus: hæc noſtri templa ſacrata dei,*
Pſal.71. *Hæc eſt, quæ à pelago ad pelagus dominabitur altũ,*
Auguſt. *Creſcet ad extremum multiplicanda diem.*
Matt.21. *Hæc eſt illa bonis eccleſia miſta, maliſque:*
Chryſoſt.in *Hæc ſuperos inter Tartareoſque lares.*
Matth. *Hæc eſt Arcturus cœli præluſtris in arce,*
Iob *Qui radiis ſeptem fulgidus uſque micat.*
Marc.13. *Mons & Oliuarum, quo Chriſtus ſederat, hæc eſt,*
Dum Solymas arces cerneret, atque domos.
Matt.13. *Hæc eſt cœlorum regnum, Theſaurus abundans,*
Quo pater expromit priſca: paratque noua.
Eſaiæ.43. *Hæc eſt, Æois dominus cui ſemen ab oris*
Spondet, ab Oceano congregat atque loco.
Cant.2. *Hæc ait, alloquitur dilectus me meus, illum*
Pſal.18. *Alloquor, è Thalamo progrediturque meo,*

[H]æc eſt ſponſa Dei, ſponſus lætabitur in qua, Eſaię.62
Quamq́ue habitant nati, candida turba, ſui.
Hæc ſolium Chriſti, roſeus quaſi Phœbus, in iſto Pſal.88.
Iuſtitiæ uerus Sol tibi Chriſtus agit.
Hæc mulier clamans, qui te tulit, ille beatus Luc.2.
Venter, & ubera quæ lacte aluere ſuo.
Hæc eſt ampla domus, qua non argentea ſolum 2.Tim.2
Aureaq́ue: at ligno fictaq́ue uaſa luto.
Hæc etiam Chriſti coniux latere inclyta dextro, Gen̄.2.
Fluxit ut è coſta eſt, Eua parentis Adæ.
Chriſtus ob hanc cœli patrem, Mariamq́ue parentem
Liquerat, uxori fixus ubique ſuæ.
Hæc eſt Archa Noe, rabidis concuſſa procellis, Gen̄.6.
Fluctibus at nunquam merſa carina maris.
Quantumcunque ferox hanc ſchiſmate ſcindere curet
Hæreticus, gladio ſe necat ipſe ſuo.
Forte rogas, quinam generatio praua parentem
Audeat hæreſibus hanc maculare nouis?
Frons quia permultis meretricis facta procacis, Hiere.3
Æsq́ue triplex circa pectora quiſque gerit. Alluſio ad illud Flacci Illi robur.
Ante oculos nulli eſt Domini timor, aut pudor ullus: Pſal.13.
Quod lubet, hoc audet quiſque patrare nefas.
Deuiat à recto nunc tramite quiſque ſeorſum, Pſal.52.
Vix bonus, aut frugi eſt, unus & alter homo.
Non eſt qui faciat bene quiſquam, non uel ad unum. Pſal.52.
At ſibi quæ placeat, pergit inire uiam. Eſa.53.
Leſbia quiſque ſibi nunc Regula: Nam ſibi leges
Pertrahit ad mores, ſed ſine lege, ſuos. Parœmia
Lydius eſt lapis omnis homo ſibi. Nemo ſibi non Parœmia
Sat ſapit. Arceſilas, nunc ſibi quiſque Solon.

Occ

Occupat & cathedram Moſi temerarius auſu:
Quiſque ſuus Iudex, arbiter eſſe cupit.

Cōparatio id eſt Vim faciūt ſcripturis & ſuis accom modant affectibus: vt viuunt hęretici, ita dogmatizant.

Vt rapiunt ferrum Magnesq́; Adamasq́; trahendo,
Sic rapit ad uitam dogmata quiſque ſuam.
Quæritur arcanum quod pagina dia recondit:
Peruolat aſtrigeros mens male ſana polos.
Noctua tam nemo eſt, quin Phœbi cernere lumen
Se putet, & uolucrem ſe putet eſſe Iouis.
Tam ſciolus nemo eſt, qui non myſteria tentet
Eruere ex adytis, margaritaſque ſacris.
Quæſtio nunc Chriſti de corpore plurima, num ſit
Victima, quando ſemel ſe obtulit ipſe patri?
Noſtraque diuini num ſit confeſſio iuris?
Sint'ne ſacerdoti crimina fanda dei?

Malach.10.

Expedit & prius hoc Malachias, quòd modo Chriſtus
Hoſtia adeſt aris iugiter ipſe ſacris.
Non mihi (ait Dominus) in uobis ulla uoluntas:
Accipiam ueſtra munera nulla manu.
Solis ab exortu uſque ad quæ petit æquora Titan,
Grande meum nomen gentibus uſque ſonat.
Atque loco celebri mihi ſacrificatur in omni,
Nomini & offertur uictima munda meo.
Hæc neque de precibus ſunt accipienda bonorum,
Hæc neque de Chriſto pendulo in arce Crucis.
Nanque Ægyptiacis ſunt mixta precamina muſcis,
Eſt quibus iratus, frigida quando, Deus.
Sed neque Chriſtus erat oblatus ubique locorum
In cruce, ſed certo monte erat, atque loco.
Propterea munda hæc, una hæc oblatio, Chriſtus
Extat in altari, myſta operante ſacris.

B. Marcial, in Epiſt. ad Burdeg. de Euchariſt. Cuius inqt corpus & ſanguinē in vitā æternā offerimus, intelligit in altari, nōn .n. alio loco offerimus Chriſtum.

Rur-

Rurſus ait ſcriptura: Sui, ipſi ſacrificabunt Leuit. 21.
Carnem, & erunt ſancti, carne litando Dei. Galatinus citat hanc eandẽ ſcripturã de Arcanis Cath. verit. li. 10. capit. 8.
Omnia de Chriſto, de ſacrificiiſq; miniſtris
Verba pias mentes accipere illa decet.
Quæ caro quæſo Dei? niſi Chriſtus homoq; Deuſq;?
Quis? niſi ſacrifices, obſecro ſanctus erit?
Adde, quòd offertur quando hæc ſacra hoſtia Chri- Chryſoſ. de ſacerd. lib. 6
Sacrifico aſſiſtit cœlica turba pio. (ſtus,
Atque poteſtatum cœli numeroſior ordo,
Ara quoq; angelicis eſt decorata choris:
Qui rutilis ſplendent ornati ueſtibus, auro Hęc pulchrè Chryſoſt. περὶ προσευχῆς.
Et gemmis, uario quique decore micant:
Qui capita inclinant reuerẽter, & omnia complent
Munia, quæ Chriſto debita, digna Deo:
(Vt ſi quis uideat præluſtrem milite Regem Similitudo graphica
Innumero cinctum, magno & honore coli)
Dulcia qui Domino modulantur carmina laudum,
Qualia non Orpheus, nec Linus ille dedit:
Qualia nec Thamyras, nec Methymnæus Arion,
Qualia nec reſona luſit Apollo chely:
Qualia nec cithara crinitus cantica Ioppas
Aurata cecinit, Arcadicuſque deus:
Qualia nubiginæ Chironis Barbiton illud
Pegaſeo nequiit perſonuiſſe melo:
Qualia nec quondam Terpander, qualia nunquam
Calliope Muſis conſociata ſuis,
In Citharis, Plectris, Siſtris, fidibuſq;, lyriſq;,
Mellea perpetua cantica uoce ſonant. Galatinus de Arcanis Cath. verit.
Ingeminant Sanctus, Dominuſq;, Deuſq; Sabaoth lib. 10. ca. 7
Gloria & eſt cœlum, terráque plena tua.

Is eſt Rabbi Nehumię vt refert Gaſ. de Arcanis lib. 10. ca. 7

Filius Haccanæ Rabbi myſteria tractans,
Hos ſuperum modulos ſydera ad alta ferens:
Mira refert: Si quis cantus audiret amœnos
Spirituum, quando hæc ſacra agitantur, ait,
Viribus abſque ſui mens corporis ipſa maneret,
Arctius & blandis conciliata modis.
Idque reuelatum digno fuit, hinc abeuntes
Participes tanti quando fuere ſacri:
Et ſibi nullius mens conſcia criminis eſſet,
Riteque ſed faſſi fœda piacla rei:
Efflantes animam ſuperum ſtipante corona,
Subuehi ad aſtrigeros ingredierque polos.
Hinc liquet in ſacro Miſſæ conſiſtere Chriſtum,
Verè & adeſſe hominem, uerè & adeſſe Deum.
Quorſum etenim Æthereus tam denſa caterua ſatelles,
Altari aſtarent (ſic uenerando) ſacro?
Quorſum ibi tot ſummo canerent præconia Chriſto?
Ille ſacris præſens ni foret ille ſuis?
Quomodo participes ſacri uenerabilis, altum
Poſt cineres poſſent Æthera adire pii?
Angelicis uecti manibus, lætique, alacreſque,
Teſtibus ut docui uera probata, ſacris?
Lucifugus noctem deamat, ceu Noctua aberrans,
Cernere qui mente hæc, credere quique negat.
Impius eſt prorſus, ſenſus communis, & expers,
Quiſquis it inficias, iſta probante Deo.
Deſinat hæreticus male credulus ergo rogare,
Credat & eloquiis pectore, corde, ſacris.
At modo diuini quòd ſit Confeſſio iuris
Noſtra, Euangelico fonte probare iuuat.

Vide quãta vis angelici cãtus in ob latione cor poris Chri ſti in miſſa.

Ac

Accipitote ſacrum flamen, ſufflando, cateruæ
Chriſtus Apoſtolicæ uoce benignus ait: Ioan. 20
Quæque remiſeritis in terra, protinus ipſa
Æthere ſunt ſummo cuncta remiſſa Deo:
Quæque ligaueritis iſthac tellure, & in ima,
Empyreo fuerint illa ligata polo. Ariſtot. de cœ. & mūd. lib. 1. tex. 32
Hoc igitur iacto fundamine, pergo: Poteſtas
Hæc data diuini iuris, oportet, erit. Fruſtra eſt calceamētū cuius nō eſt calceatio.
Obligat ergo eadem nos fari crimina, fruſtra
Credita, ſi nunquam confiteamur, erat.
Fruſtra quidem exiſtit, & uana potentia ad actum Fruſtra eſt potētia quę nunq̄ reducit ad actū.
Quæ nunquam authore eſt rite reducta ſuo.
Nulla ſacerdotes peccata remittere poſſunt,
Ni prius illa uelit cuncta aperire reus. Ariſto. li. 3 Phy. tex. 6.
Nemo etenim quæ non nouit diiudicat, illa
Iudicio cenſet, quæ bene nota, ſuo. Fruſtra & uanū eſt qd' ordinatū ē ad aliquē finē, quē non cōſequit.
Centoculum ſcriptura Argum, fidumque requirit,
Cui pecoris uultum noſcere cura ſui.
Aſt rogo, qui uigilans pecoris uultum bene paſtor
Noſſe poteſt? niſi ſe proferat ante pecus? diligēter agnoſce vultū pecoris tui Prouer. 27.
Præterea Domini præcurſor, uoxque ſonantis
Deſertis latè uallibus, ecce uocat:
Eia agite ò ſontes metanœa, iam properè inſtat
Cœlorum regnum: crimina quiſque gemat. Matth. xx.
Arboris eſt iam nunc radici appoſta ſecuris,
Quæ ſterilis ſi ſit, igne cremanda cadet.
En metanœa reis præcepta, Eccleſia qualem
Imperat, & conſtat partibus illa tribus. Auguſt. de pœnitētia.
Quas inter media eſt Confeſſio, iuris & ergo Cypr. Ser. 5 de lapſis.
Diuini, qualis uel Metanœa fuit.

Pœñia eſt iuris diuini ergo & confeſſio q̃ pars eſt pñię integralis.

Qualequidem totum, pars talis qualibet extat:
Nil aliud totum quàm ſua membra ſimul.
Rurſus, & hæc firma eſt (ceu ſtat Marpeſia cautes)
Regula, diuiloqui quam poſuere uiri.

Reg. theologica.

Nempe aliqua eſt, quādo res, qualem Eccleſia ſeruat,
Tam uetus, ut dubites unde ea origo fuit.
Hiſtoria neque ueraci res conſtat aperte,
Res ea diuini (credite) iuris erit.
Noſtra quidem talis Confeſſio, quæ fuit ante
Sæcla Auguſtini concelebrata ſacri.
Tempore Apoſtolico uiguit Confeſſio, in Actis
Claret Apoſtolicis, hæc ubi uerba legis:
Actorũ. 19. *Plurima credentum turba aduenére, fatentes*
Et ſcelera atque actus corde dolente ſuos.

Reg. Theologica.

Eſt etiam concors ſententia ſacra docentum,
Quæ ſtetit, & ueluti murus ahænus erit:

Quæcunq; ponunt eodē cōtextu ſermōis, habēt eandem vim legis.

Omnia contextu quæcunque iugantur eodem,
Vim ſimulem legis hæc tibi ſemper habent.
Connubio ſtabili, Confeſſio & Vnctio ſacra,
Diue maritantur hæc Iacobe tibi.

Eck. de pœ. lib. 2. ca. 10. Iacob. 5.

Quare diuini dum ſacra eſt Vnctio iuris,
Hæc ſcelerum parilis mentio iuris erit.

Sententia orthodoxa

Eſt quoq; ſacrologis in confeſſo ſimul illud,
Quòd nequit errare Eccleſia ſponſa Dei.
His, quæ Catholicamq; fidem moresq; probatos
Concernunt, uerum Eccleſia ſancta tenet.
Credit & unanimis, quòd olentes promere noxas
Quemq; ſacerdoti iuſſerit ipſe Deus.
Eſt igitur legis diuinæ, hæc nanque ſequela
Conſequitur firma, non dubiaque fide.

At

At modo quis dicat: Manifeſtis non mihi uerbis
Imperat, ut fatear crimina fœda Deus. Obiectio
Liber ego, quemuis legere atque relinquere poſſum,
Arbitrio res eſt iſta relicta meo.
Inque ſinu ſummo fateor commiſſa Tonanti,
Corde gemo triſti. ſunt ſatis illa Deo.
Sed tibi dicendum quod ad hanc rem pertinet, eſſe Dilutio Eckius li. 2. de pœnit.
Cauſam hominis duplicem, quæ trutinanda uenit.
Eſt geminus Iudex, quem conſtituit Deus, aut Rex: Iudex duplex
Arbiter alter erit: ſic quoque cauſſa duplex: Ordinarius Arbitrarius
Vna quidem Ciuilis erit, ſic libera, ut illam
Credere Iudicibus uel remiſſe queas. Cauſa dup. Ciuilis & Criminalis
Qualis erit, repetas ſi argenti mutua & auri,
Arbiter ille tuus quem cupis eſſe poteſt.
Altera duntaxt cauſſa eſt, à Iudice certo
Cenſenda, ut tacitum propatulumque ſcelus.
Hercule talis adeſt ſceleris detectio noſtri,
Sola ſacerdoti quæ facienda ſuo.
Nemo poteſt talem cenſori efferre prophano,
Iudicio aſtricta ſed manet illa ſacro.
Et licet hanc Chriſtus reſono non protulit ore,
Implicuit uerbis, iuſſit & ipſe ſuis.
Si ſatis eſt fieri Exomologgeſin modo ſola Epēthesis in Exomologgeſis gem.g Auguſt. In decreto de pœnitent. diſt. 1.
Mente, Deo ſoli dicta piacla ſuo:
Ergo abs re dictum: Quæ ſolueritis bene terris,
Ætheris in celſa hæc arce ſoluta fient.
Ergo datæ claues ſine cauſſa Eccleſiæ, eidem
Iſta poteſtatis dos data, uana fuit.
Ergo Euangelion fruſtramur, uerbaque Chriſti.
Obiectis factum ſed reor eſſe ſatis.

Thomas walder, Tomo.2.de ſacramentis, ca.137.hęc audiuit à Iudæo, dũ iter faceret Vienna, miſſus à rege Anglię Henrico.V. ad regẽ Polonię.

Dedecus eſt, & grande nefas, & morte piandum,
Nolle agere hoc, quod adhuc gens recutita facit.
Gens Iudæa ſuo reſerat peccamina Myſtæ,
Voluitur ad cuius prona gemensque pedes.
Caſibus inque tribus, ut cædeque, adulterioque,
Blaſphema in legem uoce, ſuumque Deum:
In tribus iis inquam, dum ſunt occulta, reuelat
Plebs Hebræa ſuum collachrymando ſcelus.
Iniungitque ſuam metanœan cuique ſacerdos,
Datque reus pœnas pro ſcelere ipſe ſuas.
Hæc etiam peragit tacitus Iudæus in aurem,
Non ſecus ac ipſi confiteamur, agit.
Preſbyter hunc cogit ſæpe atteſtando ſilere,
Vindictam ſummi comminitando Dei.

Thomas à walden de pœñitię ſacramẽtalib. tit.8.ca.71.

Rettulit hæc Thomæ Walden Iudæus Apella,
Compita dum tranſit clara Vienna tua.
Rettulit hæc eadem Waldenſi Myſta Manaſſes,
Ad Chriſti uerſus dogma, fidemque pii.
Vnde precor tanto hic ſeruatus tempore ritus,
Ni genti magni ponderis ille foret?
Ni foret à Chriſto memoratio criminis iſta,
Nemo licet ſummus impoſuiſſet homo.
Quis potuiſſet enim quenquam compellere, ad ipſa
Intima quæque animi ſic referenda ſui?
Horrida, fœda nimis, nimiumque pudenda, periclo
Tamque graui, atque homini mente animoq; leui?
Quis potuit mundi Reges, orbisque Monarchas
Pellicere huc? quos non ferrea bella domant?
Induperatori potuit prohibere Philippo
Præſul, ne Chriſtum ſumeret ille ſuum,

M.Iulius Philip. primus Impat. Chriſtiano rũ eo noĩe ait Bap. Fulgoſus, li.1. de religiõis cultu,

Ni bene confeſſus, mentem purgaſſet iniquam,
Præſulis imperio ceſſit & ille ſui.
Non hominis uirtus agit hæc: uis maior ab alto
Influit, & mentes flectit agitque pias.
Et ratio, & natura docet, ſcripturaque mandat,
Se reus excutiat, cenſor ut ipſe ſui.
Flexanimo nemo eſt ſic famine Rhetor abundans,
Dulcibus ut poſſet huc rapuiſſe ſonis.
Non ſi Carneades, non ſi facundus Vlyſſes,
Exererent ueneres, delitiasque ſuas.
Non ſi nectareus Suadæque medulla Pericles
Suadeat, in labiis cui dea Suada ſuis.
Non, ſi tercentum Fabii, totidemque Cethegi,
Orent centeno gutture & ore ſonent.
Quiſque ſui mallet ſceleris cælator haberi,
Cautior, atque pudens proditor eſſe uelit.
Eſt igitur ſummo hæc Confeſſio iuſſa ab Olympo,
Conſultis hominum non modo nata piis.
Vt malè conſultis ſcripturis, ſcripſit, & auſit
Quidam uulgato hæc tradere ſcripta libro:
Lege quidem Exomologgeſis ſemper fuit omni,
Naturæ, Moſis, Gratiæ & ipſa nouæ.
Sat fuit in corde Naturæ in lege fateri,
Et facinus Domino pandere quenque Deo.
Nanque Dei primum neque notus filius ipſe,
Offenſum ergo Deum noſcere corde ſatis.
Vir pius erexit Domino reuerentius aram,
Simpliciter nomen inuocitando Dei.
Poſt genitus patris fit notior ipſe figuris,
Et ſcriptis, Moſis lege docente ſacra.

Is p̃ſul erat Fabian9 Roman̄. pontifex ait Bap. Fulgoſus li. 1. de religionis cultu.
1. Cor. 11.

Eraſm. ĩ ſua Exomolog.
Hæc Eckius li. 2. de pœ.
Alphõſ. Caſtiliẽ. lib. de bel. hęret. 2 Fortalicij hæreſi. 4
Ioan. Maria ĩ diſputationib. cõtra Luth.

Debuit ergo reus, quia lex perfectior illa,
Clara magis ſceleris ſigna dediſſe ſui.
Et uitulum armenti, gregis hœdum offerre holocau
Prodere peccatum ſacrificando ſuum. (ſtum,
Leuiti. 16. Prodere uoce ſimul ſed publica crimina, & illa
Neem. 4. In genere, ut docti, & lex uetus ipſa probat.
Lege tamen quidam ſunt faſſi arcana in utraque,
Et Domino & Myſtæ, nulla premendo, ſuo.
Iob. 31. Id liquidò conſtat, quando ſua prodidit Iob,
Ioſuę. 7 Dum ſceleroſus Acham cuncta piacla refert.
Lex fuerat Moſis longè perfectior, atque
Lex Naturæ: Id enim ſacra, modusq; probant.
Nam modus in ſacris fuit omnibus, ut quid, ubinam,
Pro quo uictima, quo ſacrificanda uenit.
Hebræ. 1. Vmbra futurorum fuerant tamen iſta bonorum,
Gratia plena nec iis, ueraque imago fuit.
Tandem factus homo, natus de uirgine Chriſtus,
Lege noua cunctis iam manifeſtus erat.
Tunc animo, tunc uoce ſimul, ſecreta & aperta,
Commerita hæc decuit quenque aperire ſua.
Non Domino ſolum, ſed Chriſti Myſtæ, & in aurem,
Singula quæ crimen, ritè fatendo, grauant.
Ioſuę. 7. Sicut Acham ſua faſſus erat peccata, recenſens
Omnia, & hoc, uelut hoc, commerui inquit, ego.
Omnibus hæc numeris Confeſſio noſtra refulget
Sanctior, atque ſuis dotibus aucta magis.
Hanc bene qui ſeruat complendo, remittitur illi
Omne ſcelus, Chriſti in ſanguine, aditque polum.
Neutra prius dedit hæc Confeſſio lege in utraque,
Neutra dedit facilem ſydera ad alta uiam.
Quiſ-

Quiſque Deo ſoli ſua uult delicta fateri, Cōtra Hęreticos huius ſeculi, & Auguſtini.
Eſſe ſatis dictans, impius ille manet.
Lex ſiquidem Moſi noſtra completior eſſet,
Illa ſacerdoti fatur, & illa Deo.
Hæreticum ſed enim fuerit ſentire uel illud,
Nempe uetus quòd lex ſit mage plena noua.
Veridicum contra Chriſtum, qui ſoluere legem Matt. 5.
Velle negat, potius uelle replere refert.
Contra etiam Chriſti uerbum: Niſi ueſtra redundet Matt. 5.
Iuſtitia in ſtudiis culta, probata, piis,
Plus quàm Scribarum, plæbisq́ue Phariſæorum,
Ibitis haud ſummi ad tecta beata patris.
Nunc operæpretium monſtrare, Deumq́; hominemq́; Quomodo deus & ſplati varia ratiōe remittunt pctā, ſaluāt, liberant.
Soluere non uno, ſiue ligare modo.
Chriſtus enim ſoluit ſumma uirtute, remittit
Atque ligat, nullo uis quoque pendet ea.
Sic hominem ſaluans, animam ſic liberat ipſam,
Indigus alterius nec Deus extat opis.
Non ita ſoluit homo, non ſic ligat: At ſibi ſummi
Collata peragit ui ſua ſacra, Dei.
Vtitur ipſe Deus ſola ex pietate miniſtris,
Nosq́ue adiutores dat pius eſſe Deus.
Liberat ipſe homo ſe de morte & crimine, ſaluat
Iuſtitiæ per opus, ſeq́ue animamq́ue ſuam.
Sic Iacobus ait: ſcelere atque à morte perenni Iacob. 5.
Liberat, ac ſeruat hæc Eleemoſyna.
At uideamus ad hæc, quàm digna ſit illa poteſtas,
Illa ſacerdoti quæ data ſumma ſacro.
En prius in terris ſoluit peccata ſacerdos,
Pòſt Deus in cœlis ſoluit & illa pius.

Hoc

Aug. lib. de Hoc eſt, ipſe Deus, ſuperique, & cœlica cuncta
ūa & falſa Militia, ac ſancti hæc eſſe ſoluta probant,
pœñtia c. 9. Confirmant omnes quæ ſoluitis, atque ligatis,
Achilleū ar Sunt rata quæ terris facta, probata Deo.
gumentū. Cōfeſſio in Denique colligimus dictis ex omnibus, eſſe
lege veteri Exomologgeſin præcipiente Deo.
erat iuris di uini, eadem Hæc eadem nunc eſt ueteri quæ lege iubetur,
aūt tradu- Traductam ad legem credimus eſſe nouam.
cta eſt ad le Manſit lege noua hæc eadem ſubſtantia facti,
gē euāgeli- cā. Eſt igit Cuius iuris erat, illius uſque manet.
ī lege noua Iuris erat ueteri diuini in lege, & in iſta,
adhuc iuris Hoc igitur Chriſti legis & ipſa ſiet.
diuin. eſt. n. p̄ceptū mo- Hoc quia præceptum fuerat morale, manebat:
rale nō ab- Ex ueteri ad legem tranſieratque nouam.
rogatū, qđ Atque nouo impleuit decorando Eccleſia cultu,
ad legē trāſ Lex noua dum ſtabit, ſemper & illud erit.
ijt Euange- licam. Quicquid enim ſtatuit ſua ſponſa Eccleſia, Chriſtus
Pſal. 18 Sponſus habet gratum, uult opus eſſe ſuum.
Matth. 9 Vultque uigere diu quæ ſanxit ſponſa, columna
Nanque Dei uiui eſt: ueraque firma facit.
1. Timo. 3. Tempſerit hanc quiſquis, Chriſtū contemnit in illa,
Ephe. 5. Sponſa etenim corpus, Chriſtus & ipſe caput.
Collo. 1. Vnus honor ſponſo ſponſæque, iniuria & una:
Qui negat, inſano inſanit Oreſte magis.
Paucula iam rurſus triplici de lege loquamur,
Æquiparanda rei cui modo quæque uenit.
Alphō. Ca- Lex uelut arbor erat naturæ, hac arbore longa
ſtilīē. 2. li. de bello hęret. Flos, fructuſque ſua delituere die.
Fortalicij fi Lex Moſi quæ ſcripta Deo, digitoque notata,
dei hęreſi. 4 Vere nouo ceu flos floridus, ipſa fuit.

Lex noua ceu fructus, qui conſummatior ipſo
Flore: animam purgat crimine, curat, alit.
His liquet ex uerbis, quanto perfectior una
Lex alia conſtet, nobiliorque magis.
Nil igitur mirum, Confeſſio plenior iſta
Si exigitur, quàm quæ lege in utraque fuit.
Scilicet ut populo magis inueniamur utroque
Perfecti, excelſo quos liquet eſſe gradu.
Sed ſatis hæc. Iam garrula anus, linguaxq́; ſophiſta
Hæc lacerant: & quæ non didicere, docent.
Delirusque ſenex ſcripturæ hanc uindicat artem,
Hanc ſibi præſumit cætera turba rudis.
Quæ medici, medicus tentat: fabrilia tractat
Ipſe faber, ſtudiis inuigilando ſuis.
Et pudet alterius partes inuadere, & artes,
Nil tamen excutere hæc uerba ſacrata pudet.
Qualibet at modo ſe Mæandris plebs ſinuoſis
Implicat, & gyris ſe Labirynthe tuis.
Et licet hæc populo non controuerſa fideli,
Mente tamen dubitat uulgus inane leui.
Interea luxu male diffluit: unaque carnis
Libertas placet: hinc exulat alma fides.
Heu lachrymis res flenda piis, quot fonte perenni,
Æquoreis guttæ quot retinentur aquis.
Non modò uulgus iners tenebris immergitur iſtis,
Verum etiam qui ſe nulla latere uolunt:
Quique ſophos ſolos ſe iactant, ſeque Thaletes,
Nos pecora Archadiæ rudere docta putant.
Qui ſophiam ex antro Heracliti hauſiſſe feruntur,
Democriti ex puteo ſenſa profunda ſacro.

Hieronym. epiſtola ad Paulinum.

Hi

Hilicet ingentes Rabbi, inuoluuntur eodem
Hæreſeos ſcœno, hinc prodit & omne malum.
Hi fidei qui ſe pro caſtris ſtare fatentur,
Sacrilega hæreticæ ſigna cohortis amant.
Dogmata diſcutiunt contemptis ardua paruis,
Nil humile eſt gratum, nil mediocre placet.
Sic ſapiunt ſtulti ſapientes, ſic rude uulgus
Pſal.7. Incidit in foueam quam ſibi quiſque fodit.
Qui uolet ignarus perſæpe natare profundo
Gurgite, uorticibus putre cadauer erit.
Quiſquis erit ſummi ſcrutator numinis, ille
Prouerb.25 Exul & à ſuperis, Ditis & hoſpes erit.
Ecc.3. Tu ne quæſieris (Sapiens ait) ardua & alta:
Non opus eſt oculis cernere operta tuis.
Greg.Nazãzeñ orõe.21 Paruulus es ſenſu? magnis ne congrediare,
Serpito humi: liquido ueſcere lacte cibo.
Tutior auditus quàm ſermo: & dulcius extat
Idẽ orat.1. Diſcere de Domino, quàm ardua multa loqui.
Paulus idem ſacro Romanos commonet ore,
Rom.11 Non ſapias altum: ſobrius eſto: time.
Rom.12 Nemo ſibi ſapiens uideatur, nemo diſertus,
Ne ruat in tenebras, hæreſeosque lacus.
Viuitur ab contrà. Cœlum petit Icarus altum,
Nemo aurea Flacci mediocritate contẽtus Dædalus & medium non tenet ullus iter.
Quiſque per aſtriferi præcelſa cacumina Olympi
Nunc Phaëtonteos ducere geſtit equos.
In dubium, quodcunque Eccleſia ſanxerit olim,
Quiſque uocans, hominum ſomnia uana putat.
Saty. Mille hom̃ ſpecies Mille hominum nunc ſunt formæ, nunc mille figuræ,
Vix duo, uix unus, nunc, ſibi conſtat homo.
Cum

Cunctа uoluminibus quæ non manifeſta ſacratis
In dubium rapiunt, abſque pudore negant.
Nec ratione uolunt uinci : Vecordia tanta,
Tanta lues animos poſſidet atra truces. Acclamatio
Vnde precor ſtolidæ tanta obduratio mentis?
Vt radiis Phœbi lucidiora negent?
Mens neque Iudæis fuerat tam cæca, ſed illi
Ceſſerunt Chriſto, dum ratione probat.
Nec ſibi ſcripturas petiere, uti turba nephanda hæc:
Iſta patent legis codice clara nouæ.
Eia age conciliis qui non credis, modo fare,
Nunc Domini magis eſt quàm fuit arcta manus? Eſaię. 59
Scilicet ut nequeat ſperatam ferre ſalutem,
Vtilia aut populo nunc aperire ſuo?
Nunquid & impoſtor Chriſtus? qui ſpondet, aitque,
En ego uobiſcum ſum domini uſque diem. Matt. 28
Dirigat ut noſtros actus, doceatq́;, gubernetq́;,
Vt maneat noſtrā hæc intemerata fides.
Hæreticus non hæc intelligit : ergo deerrat,
Lœtiferique bibit toxica dira lacus. Augurium
Mundus abit peſſum : uel mox Domini ante tribu- Crucij
Siſtimur, aut renouat ſæcula noſtra Deus. (nal
Vndique in humanis tanta inconſtantia rebus,
Et nouitas nullo eſt cognita tanta die. 2. Tim. 4
Quis mihi Hieremiæ tepidas de fontibus undas?
Heliadum lachrymas quis dabit ergo pias?
Vt mea ſanguineis deplorem tempora ocellis,
Triſtia luctifico carmine fata canam?
Vltima erunt Dariis obnoxia ſæcla periclis,
Veridico Paulus præcinit ore ſacer.

Ex

Exorientur, ait, ſe qui ſolos adamabunt,
Elati, cupidi, pertumidique uiri,
Blaſphemi, ingrati, abſque affectu & pace, rebelles,
Inceſti, immites, proditione feri,
Quique uoluptatum magis inueniuntur amantes,
Quàm Domini, hic ſpeciem qui pietatis habent,
Et ſolam, non uirtutem pietatis. Et iſtos
Timothee ut peſtem ſi ſapis oro fuge.
2.Tim.4 *Tempus erit, quando ſanam non auribus æquis*
Doctrinam excipient: dogmata uana colent.
Chriſtus ad hæc: Noſtro uenient in tempore multi,
Matth.24 *Promiſſus dicent ſum tibi Chriſtus ego:*
Pluribus imponent ſpecie uirtutis, & æqui:
Incautis tendent retia cauta uiris.
Triſtia bella trucis rabient fera bella Gradiui:
Plurima erit cunctis mortis imago uiis.
Viuite fidenti tunc corde & mente ſerena,
Sic fieri uerum eſt, nec cito finis erit.
Regna ſed inſtabunt contra aduerſantia regna,
Irruet in gentem gens fera ubique feram.
Multa quoque & peſtis uiuentûm dira uorago
Sæuiet, & toto ſæuior orbe fames.
Scandala naſcentur creberrima, gratia fratrum
Rara erit, & multis lis odioſa locis.
Tunc quoque conſurgent multi prô pſeudoprophetæ,
Præſtigiis fallent (uos uigilate) ſuis.
Hæc eadem qui nunc non cernit tempora, captus
Eſt oculis, truncus, talpaque lucis inops.
Arrius ecce nouus Stygiis Lutherus ab undis,
Quem peperit gremio dira Megæra ſuo,

Qui

Qui Phlegetonteós ructanti gutture fluctus
Sacrilegiſque bibit nigra uenena labris:
Omnia uaſtat aper, uitem populatur amœnam,
Pampineos Donuni paſtus adurit agros.
Quicquid ſacra cohors patrum, Reſpublica Chriſti
Sanxerit, & firma plebs tenet ima fide,
Conſpuit, irridet, ſanctos blaſphemus in omnes,
Non metuit chriſtos tangere Chriſte tuos.
Vipereo in Chriſti genitricem effulminat ore,
Pulſandam precibus quam negat eſſe piis.
Aſt ſacra Chriſtiparam modulans Eccleſia laudat,
Sollicitat uotis nocte dieque ſuis.
Et meritò. Siquidem uariis regionibus illam
Prodigiis claram cernimus uſque nouis.
Scilicet immenſo miracula perpetrat orbe,
Per matremque Deus perficit illa ſuam.
Vt maneat cunctis toto uenerabilis æuo
Virgo ſacroſancta, & ſemper honora parens.
Ne tamen hoc quiſquam credat, per ſigna probari
Quòd Maria eximia ſanctaque uirgo ſiet,
Non opus hoc ſignis monſtrari: Id nanque Prophetæ
Sat liquido unanimes uoce animoque canunt.
Ecce (canunt) uirgo pariet natum modo Chriſtum,
Cœtus Apoſtolicus quem docet eſſe pius.
Hæc ſatis oſtendunt, quòd ſit ſanctiſſima, ſumma,
Terrigenis maior, cœlitibusque diis.
Quare nec fidei ſanæ foret, illa doceri
Qui ſeſe oſtentis uellet, & indiciis.
Per Mariam quæcunque hodie miracula fiunt,
In ſibi deuotos ſingula amore facit.

Id liquidiſſ. eſt expimēto in Hallis Halſeberga Laureto, atq; aliis locis penè īfinitis Cōtra experimētū nullus locus argumētis, Si quidē nulla res expimēto certior, ait Bap. Fulgoſus lib. I. de miracul.

Gerſon cōtra impugnātes Chartuſianos.

Quis neget eſſe piis carnem Chriſti uenerandam?
Et Mariam, cuius una eademq́ue caro?
Magno honore,.i.hypdulia adorandam. Quis neget hanc magno tollendam ad ſidera honore?
Cui uoluit Chriſtus ſubditus eſſe Deus.
Elizabeth, quam tantopere eſt uenerata, loquēs haec:
Luce.2. Vnde parens Domini ad me uenit unde mei?
Quam moribundus item uerbis commendat amicis
Chriſtus Ioanni, haec uerba benigna ferens:
Ioan.19. Filius ecce tuus mulier: tua chare parens haec:
Officium utrique praeſtet uterque ſuum.
Galatin.de Arcanis Cathol.verit. lib.7.cap.2 Mira canam ſacra Maria de uirgine, uera
Quae tamen, & firma quae retinenda fide.
Conditus eſt mundus (ſic Rabbi Ankelos) amore
Chriſtiferae, tanto hanc ardet amore Deus.
Corrueret totus noſtra ob peccamina mundus,
Ni precibus Mariae haec machina fulta foret.
Hanc igitur Chriſti matrem qui non ueneratur,
Sed ſpernit: manet hunc ultio ſaeua Dei.
Sic Dominus Moſi: cum patribus ipſe quieſces,
Deuter.31. Dormiſcesq́ue tuis contumulatus auis.
Tunc populus ſurget foedo ceu fornice natus,
Auius à uera lege, fideq́ue uagans.
Et meus iraſcetur ei furor, atque relinquam,
Abſcondam facies à populo ipſe meas.
Deuter.32 Sicq́ue uorandus erit. Dominus ſic rurſus: In ipſo
Me populi irritant, qui Deus eſſe nequit:
Rebus & in uanis me irritauere: laceſſam
Quos, in eo qui non plebs populusq́ue fuit:
Quos ego & in ſtulta gente irritabo. Quadrant haec
In Mariae oſores coelica uerba feros.

Eſt

Eſt etenim ſenſus, Doctor Galatinus ut inſit,
Deuia gens Moſes poſt tua funera erit.
Atque erit hic error, quòd Ieſum, eiuſque parentem
Hanc Mariam Idola & numina falſa ferent.
Turpiter errabunt & in hoc, me meque relinquent,
Irrita & efficient pacta, meumque Berith.
Nempe meum fœdus, Mariam, dulcem quoq; Ieſum,
Blaſphemè externos inſimulando deos.
Et quia me non eſſe deum mendacia proment,
De me, de Maria falſa loquendo mea.
Ergo meum populum faciam non eſſe, ſed ipſos
A cunctis gentem dicier hic ſtolidam.
Abſque fide, & uero abſque Deo: Nanque ipſa negan
Sacrilego dominum prodidit ore ſuum. (do,
At neque ſola Dei genitrix precibus iuuat, Orbis
Suſtentans molem ſæpe precando grauem:
Verum etiam potis eſt Mariæ pulcherrima imago
Victorem gerulum reddere ſæpe ſuum.
Induperator enim Conſtantini polin ipſam
Egrediens ſacro Paſchatos ille die,
Virgineum dextra ſimulachrum contulit, armis
Spei, fideique, hoſti congrediendo fero.
Cumque ſuo immani confligens fortiter hoſte,
Bis ſpolia à uicto, biſque Trophæa tulit.
Sed neque imago Dei matris ſola auxiliatur,
At Mariæ præſens fert quoque nomen opem.
Quandoquidem Miles cupidus dum relligionis,
Defleret lachrymis fœda piacla piis,
Audiit à Maria ſolatia uerba, quòd ipſum
Ad Mariæ nomen flexit utrunque genu.

Galatin. de arcanis cathol. verit. lib. 9. ca. 10

Berith. i. pactũ ſiue fœdus, nomẽ Idoli Sichimorũ. Iudicũ. 9.

Cæſarius in dialo.

I. Heracli9. In dictione Cõſtantiñ. periphraſis, & tmeſis eſt.

Bapt. Fulgoſus li. 1. de religiõis cult.

Cæſarius in dialo.

Cerne igitur quanti ſit amabile nomen in æuum
Hoc Mariæ, quanto dignum & amore coli.
De reliquis ſed quid Diuis memorabo? colendos
Poſt Chriſtum, & Mariam credimus eſſe piam.
Sanctorum populi ſapientia uoce probetur:
Eccl. 44. Diuorum laudes concio ſancta canat.
Hæc Salomon. Fas hic igitur Diuos uenerari,
Quos adeo ſupero tollit honore Deus.
Principibus mos eſt, per ſe quæ munera poſſunt,
Illa per illuſtres diſtribuiſſe uiros,
Vt populo gratos faciant, populique fauori
Commendent: tribuit ſic ſua dona Deus.
Quiſque colit Diuos, Chriſtum ueneratur in illis,
Tollitur in ſanctis Chriſtus & ipſe ſuis.
Qui Sanctos ſequitur, Sanctis imitatur Ieſum,
Inuocat in Sanctis cultor & ipſe Deum.
Dona Dei in Sanctis ſupplex uenerator adorat,
Quæ facitis Diuis, credite facta Deo.
Collatio corporis externi cũ corpore Myſtico. Sicut in humano mens uiuens corpore, membra
Per ſua diuerſum ſedulo fundit opus:
Sic animus Chriſtus in corpore myſtico, & ipſos
Per Sanctos, ueluti commoda membra, facit.
Munera contribuit mortalibus optima, Diuos
Perque ſuos miſeris donat & illa uiris.
Chriſtus uti noſtram mortem nece uicit acerba,
Per mortem redimens funera noſtra ſuam:
Sic certo Sancti morbo, uel morte perempti,
Eripiunt miſeros, his quoque ſæpe malis.
Sint quaſi pro nobis paſſi tam dira, merentur
A morbo & fatis nos releuare feris.

In

Inque loco Sancti quo ſunt ſua membra repoſta,
Largius ad noſtras dant ſua dona preces.
Delegit loca certa Deus, quîs munera donat
Maiora, & Diuos uult magis ipſe coli.
Quinetiam per Sanctum aliquem dat dona, nec illa — Aug. epſ̃a. I. ad Hippoñ. eccleſiam.
Per quemuis confert. Res liquet iſta piis.
Ampliter eſt teſtis ſacer Auguſtinus, & affert — De Ci. dei. lib. 22. ca. 9
A Stephano facta plurima mira ſuo.
In ueteri teſtamento liquet iſtud abundè,
Quippe locis certis iuſſa dediſſe Deum.
Montibus ut ſtruerent aras, holocauſtaq; grata — Geñ. 22. de Abrah. offerente Iſáac in terra viſionis ſup vnũ montium.
Offerrent Domino, & thura Sabæa ſuo.
Excitet ut noſtras mentes Deus, ut ſua large
Gratia donetur gloria aperta magis.
Ne mihi quis dicat Sanctorum irriſor, & oſor, — Obiectio.
Signa Deo à ſolo hæc, miraque cuncta geri.
Paulus id ad liquidum Sanctis docet eſſe tributum, — 1. Corin. 12
Virtutum datur iis quando operatio, ait.
Chriſtus idem planum facit, & maiora fatetur — Ioan. 14
Prodigia acturos, quos probat ipſa fides:
Dæmonas eiicient: ſerpentes, dummodo credant, — Marci vlt.
Tollent: mortiferum, ſed ſine morte, bibent.
Ecce, quòd eiicient, non eiiciam pius inquit
Chriſtus. Lectori quæ trutinanda pio.
Forſitan obtendis, Nati qui patris habentur, — Obiectio hæretici.
Hos agit, impellit ſpiritus ipſe dei.
Sancti igitur quando faciunt miracula, cœlo — Eck. in homil. de ſc̃tõ Sebaſtiano
Hos mouet, inſpirat, dans bona ſumma Deus, (mur
Credimus, & uerum eſt, bona nam ſic cuncta opera — Diluṫio
Nos agitante Deo, à quo optima quæque fluunt. — Iaco. I

Philip.2 Donat enim Dominus & uelle,& perficere ipſum
Dilutio Dirigit & promptus auxiliator opus.
Chriſtiani. At quoniam Domini adiutores eſſe probamur,
Tam bonus eſt,noſtrum hoc uult Deus ut ſit opus.
1.Cor.3 Sic ſancti Domino cooperantur ſigna patranti,
Pro meritis ſanctos uult facere illa Deus.
Relliquiæ diuûm fulgebunt gloria in æuum,
Has igitur terris nos coluiſſe decet.
Eſt genus hæreticum cacodæmone cautius ipſo,
In hęreticos Diſſimulans, ſimulans, atra uenena tegens.
irriſores di= Publicitus nihil hæreſeos loquitatur: at inter
uoꝝ & reli= Ruricolas ſpargit ſcommata ſalſa rudes.
gionum, Proiicit in Diuos ridenda, in Religiones,
Inque fidem: hæreticum ſe tamen eſſe negat.
Fallitur at toto cœlo, mari,& arida oberrat,
In ſacra nanque pius nemo iocator erit.
Non cadit in ſanctos iocus, aut in relligiones:
Non cadit in noſtram,ſanna,iocusque fidem.
Nil reor intererit, ſeu dicas impia aperte,
Siue ea ſacrilegi tegmine tecta ioci:
Gerſon.2. Nam celebre eſt dictum, Gerſon ſic carmine promit,
pte de victo Non patitur ludum, fama, fides, oculus.
ria puellæ i Si quis in iis quæ ſunt fidei, riſusque, iocosque
Francia in
armis equi= Proferat, in fidei ius rapiendus erit.
tante. Suſpitio erroris fidei tanquam cadat ipſa,
Gerſon pte In talem qui ſic ſcomma,iocumque refert.
2.de 4.do= Plurima ſub ſpecie luſus nunc hæreſis omni
mibus cõſy=
deratiõe.2. Sparſa nimis ſerpit pernicioſa loco.
Luth.negat Clauſtra piandorum nebulo inficiatur, & audet
purgatoriũ, Dicere,pro functis irrita uota uiris.

Nil

Nil noſtras audire preces, nec fundere Diuos
Pro miſeris placitos (ſic furit ille) ſonos.
Clauſtra tamen purgandorum clarè indicat illud,
Chriſtus apud Lucam quod manifeſtus ait.
Sic ait: Ille Cliens *placitum qui ignorat herile,*
Acribus admittens crimina digna flagris, Lucę.12.
Plagis cædetur paucis. Non *ergo perenni*
Arſerit, at flamma ſeruulus ille breui.
Rurſus ait Chriſtus: V*erbum qui dixit inane,* Matth.12.
Iudicii extremo perferet ille die.
Sed quoniam haudquaquã fuit id mortale: quis igne
Perpetuo arſurum credat id eſſe ſcelus?
Sic canit Eſaias: Sordes Deus *abluet omnes* Eſaię.4.
Filiolũm Sion, igne coquente reos.
Sanguinem & è medio mundabit, ſpiritu in ipſo
Iudicii, ardenti purificante rogo.
Quæſo quid iis *uerbis de purgandis animabus*
Clarius eſt? Quis *non tam manifeſta uidet?*
Cæcior Hypſea *eſt, orbatus mente, animóque,*
Quiſquis in hoc rutilo lumine cæcus erit.
Sic Malachias *ait,* Dominus *tunc ingredietur,* Malach.3
Et ueluti conflans acrior ignis erit,
Et quaſi fullonis herba emundabit, ut aurum,
Et uelut argentum, flanſque, ſedenſque Deus.
Mundabit natos Leui, *quos fundet ut aurum,*
Et uelut argentum iudicii ipſe die.
Hoſtiæ ab iis Domino, *atq; holocauſta ferentur in om*
Iuſtitia, ſummo quæ bene grata Deo. (*ni*
Hieruſalem & Iuda ſacrum Domino *uſque placebit,*
Tempore ut antiquo gratius illud erat.

His liquet ex dictis, ait Auguſtinus apertè,
Auguſt.de Ci.dei,lib. 20.cap.25 *Iudicii horrendus quando erit ille dies,*
Nempe aliquas pœnas purgatrices fore. Quænam
Res alia iis uerbis accipienda uenit?
Lucidius Phœbo monſtrant hæc uerba Prophetæ,
Mundandos Domino ſacra futura ſuo.
Sacra ferent in iuſtitia, dominoque placebunt,
Qui prius iniuſti diſplicuere Deo.
Porro in iuſtitia perfecta, quando ita mundi
Extiterint, ſtabiles poſtea ſemper erunt.
Quid poterunt patri cœleſti offerre ſeipſis
Gratius? Aureli hæc ſunt tua uerba pater.
Ergo igitur ſi tunc, extrema horrendáque quando
Lux erit, immundas ille piabit oues:
Quur modo non, iſthinc aliqua qui labe migrarunt
Purgentur? maculas igne piante ſuas.
Sunt qui fronte negant perfricta animas remeare
Matth.17. *Ad uiuos, certo ſed remanere loco.*
1.Macc.15. in hiſtoria Dionyſij. *At liquet in ſacris Moſen rediiſſe ſub auras,*
Dum rutilus fulſit Chriſtus in arce Thabor,
In quart.ſen tent.diſt.45 *Nonne uiro forti Iudæ uir ſummus Onias*
Hieremia ſocio apparuit ipſe ſuo?
Richar.in ſentent. *Nonne Dagoberto martyr Dionyſius ille*
Damaſ.in ſer.p defũc. *Viſus erat Regi poſt ſua fata pio?*
Plura refert Thomas huius rei, plura Richardus,
Grego.dia lo.quarto *Plura Damaſcenus, pluráque Gregorius,*
Auguſt.lib. de cura pro mortuis. *Plura Auguſtinus, & plura Ambroſius affert,*
Teſtanturque animas ſæpe rediſſe pias.
Amb.de paſ ſiõt Agnetis *Obſecrò, mi dicant blaterantes: uota, precesque,*
Pro functis uires non habitura ſuas:

Num

Num liceat precibus, illis quæ carne relicta,
Hinc abiere animis, nos bene uelle piis?
Vt Deus iis faueat, bene ſaxit, ſi licet, illud
Manibus & requiem poſcere rite licet.
Rurſus & hoc dicant, qui Diuos fundere nullas
Pro uiuis referunt (ſed ſine mente) preces,
Num ſit amor ſuperis in nos modo, qui fuit olim
In miſera quando uita manebat humo?
Sed ſi tantus amor, uel certe maior, oportet
Pro uiuis ſuperos ſæpe rogare choros.
Excidit haud unquàm feruens dilectio, ſola 1. Cor. 13.
Poſt fera fata manet, ſpes abit, atque fides.
At quoniam flagrans dilectio uiuida ſemper, Ratiocina.
Iugiter ipſa ſuum ſedula patrat opus: valida.
Conſequitur, Diuos ardentes ſemper amore
Propitium uiuis uſque rogare Deum,
Præcipue quando ſacras pulſabimus aures, Tho. waldē
A ſuperis gratam dumque petemus opem, de ſacramē.
Non quia ſunt noſtri immemores, ſed conſtet aperte Titulo. 15.
Subſidium à ſanctis nos cupiiſſe Deis. cap. 137.
Vult Deus, & Diui cupiunt ultro bene nobis,
Ni tamen hos ores, nil mihi crede, iuuant. Num. 10
Et ratio, & natura docent, orare parentes: Actorū. 10
Qui tamen & proni dona dediſſe uolunt.
Forſan ais, pater eſt ad dandum promptior, atque Obiectio
Filius ad quæ ſunt ſuſcipienda fuit. Gerſon de
Pagina dia docet, dum rem conſumpſerat omnem mēdicitate
Lurco, patrem triſtis dumque adit ille ſuum: ſpūali pt. 1.
Obuiat en genitor, miſerum amplexatur, & ori Luc. 15.
Admouet os, quamuis nil tamen ille petat.

Dilutio Credimus id, ſed nil contra quæ diximus, illa
Efficiunt, nec nos falſa docere probant.
Quandoquidem prius hoc ſtatuit, prius ire, rogare,
Prodigus, & fecit, gratus & inde patri.
Chriſtus & hydropem, quamuis nil poſceret, ipſum
Luce.14 Curans, reſpexit mentem animumque pium.
Ergo opus, ut quicquam Dominus tibi conferat, ore,
Aut animo, aut uultu, aut corde petiſſe Deum.
Non uelut ignarum quid noſtris utile rebus,
Et quid opus nobis, ſcit quibus extat opus.
Matth.6 Scit quibus extat opus melius, quàm nouimus ipſi,
Vtile quid, quid non: quid dare, quando decet.
Gregorius. Nouit ab æterno, quid largiretur egenti,
Matth.6 Omniſcius prius hoc, quàm peteretur, erat.
Siue famem ſpectes, ſitibundaque guttura, nudos
Siue humeros, morbo languida membra truci.
Matth.6 Scit pater Æthereus, quoniam potuque ciboque,
Veſtibus, & medica prorſus egetis ope.
Sollicitos uos eſſe nimis, nimis anxia corda
Eſſe uetat: cuncta hæc conferet ipſe pater.
Nóne anima eſt plusquã cibus eſt? quid? corpus & ipſum
Nonne etiam eſt pluris quàm ſua ueſtis erit?
Matth.6 Cernite aues cœli ſtridentibus aëra pennis
Tranantes, in agros ſemina nulla ſerunt:
Nulla metunt frumenta, uehunt & in horrea nulla:
Cœlicus & genitor tam bene paſcit eas.
Nonne magis pluris uos eſſe putabitis illis?
Ergo agite hunc nimium pellite corde metum.
Matth.6 Cernite (ait Chriſtus) creſcentia lilia campi,
Quæ neque nent, nullo ſeque labore necant.

Dico equidem uobis quoniam Rex gloria in omni
Nec Salomon, uelut hic flos, coopertus erat.
Si modo & hoc fœnum, quod cras mittetur in ignem,
Pulchrius inueſtit ſic bonus ille parens:
Quantò uos minimæ fidei, magis omnia uobis Matth.6
Quàm uolucri, fœno, floribus iſta dabit?
Solicitè inquirunt gentes hæc omnia. Regnum
Quærite uos ſummi, iuſtitiamque Dei:
Omnia & hæc uobis cœli adiicientur ab arce,
Exiguum ueſtrum quando adhibetis opus:
Phyllirides Chiron letali tincta ueneno
Si miſero intorſit noxia tela uiro,
Si ſcabies tremulos fœdiſſima ſparſa per artus,
Si Chiragra, Podagra, pesque, manusque tumet, Syſtola eſt ĩ chiragra.
Si uarii interius morbi per uiſcera ſerpant,
Carnifices referant qui cruciando feros:
Si penetrans imas Epidimia ſæua medullas,
Fortiter Æthnæo corda calore cremet:
Denique quicquid erit uel mente, aut corpore morbi,
Imperio ſolus curat id omne Deus.
Pharmaca quod nequeunt, nequeunt Magnesq; Ada-
Vinaque flagranti cocta, recocta foco: (masq;, Vina .i. aqua vitæ.
Quod nequeunt artes Magicæ, nec carmina Cyrces,
Sagaque Theſſalicos uincere docta Magos:
Quod ſuperi haud poſſunt unquam, nec & infera ſe
Nec medio quiſquis uiuit, agitque ſolo: (des,
Hoc pater immenſum nutu qui dirigit orbem,
Efficere, & proprio Marte patrare poteſt.
Cedit huic magnus Pæon, magnusque Machaon,
Pæonia cedit arte Auicenna ſua.

Cedit & Hippocrates ſummus, ſummusq; Galenus,
Cedis huic Medicæ Phœbe repertor opis.
Et meritò: quod enim Medici nequiere per annos
Biſſenos, ueſtis contulit ora ſacræ.
Marci.5. Teſtis erat mulier, quæ per duo luſtra, & ariſtas
Per geminas, fluxum ſanguinis ægra tulit.
Hæc ubi rem fregit, uarias adhibendo medelas,
Incolumem Chriſti fimbria ſola dedit.
Scit quid opus nobis pater ipſe, potentia ſumma,
Pellere diſcupiens noxia, ferre bona.
Ille tamen uult nos ſemper donanda precari,
Erigat ut mentem ad ſydera quiſque ſuam.
Vt fateamur item nobis nihil eſſe, ab Olympo
Cuncta petenda animæ, ac corporis eſſe bona.
Hinc ſua ſubuexit in montes lumina Pſaltes
Pſal.120 Regius, à Domino quando rogabat opem.
En noua ſacrilegi Lutheri inſania, Chriſti
In libell. ad Bohemos. Vult manibus corpus tangere quenque ſuis.
Dum tamen haud uoluit Chriſtus, niſi ſyndone mun-
Virgineo & menſes uentre latere nouem. (da,
Alia hęreſis Luth. Frendet, & inſanit, ſacra quòd ueſte ſacerdos
Sacra facit, quauis ueſte ſacrare docet.
Impugnat. Hiſtrio quando tamen pleno ſpectante theatro
Perſonam geſtet quæ decuere ſuam.
Argumentũ à ſimilitud. Nonne Cothurnatus ſuras prodire Tragœdus,
Comicus & ſoccos actor habere ſolet?
Si Citharœdus habet cultum, uariumque decorem,
Nulla ſacerdoti eſt ſchema decora Dei?
Obiectio Nulla ſalus ſacris, nulla eſt fiducia ſacris
Veſtibus, ac pietas nulla locanda uenit.

Scimus, at ex ſacro diuinis rebus amictu
Maieſtas, cultus, gloria maior erit. Dilutio
Quæ tria, qui ſacris uolet audax tollere rebus,
Res pariter tandem tollet & ipſe ſacras.
Credimus ex ſacro ueſtitu haud eſſe ſalutem,
Nec magis inde bonos, nec magis eſſe pios.
Credimus hoc itidem, quòd ueſtimenta capeſſunt Tho.waldẽ de ſacramẽ. religioſorũ cap.92. Titul.10
Virtutem raram, uimque ſacrata nouam.
Quando etenim domini uerbis eccleſia ſanctis
Conſecrat hæc, ſigno uerba ſequente crucis:
Concipiunt ualidas aduerſus dæmona uires,
Letiferos morbos, aëreamque luem.
Quæ miſeris infert liuore, odioque, malignus.
Siue ita ſint meriti, ſeu ferat iſta Deus.
Pontificem dictis carpit Lutherus acerbis, In eodẽ libell. ad Bohemos.
Angelico Chriſtum quòd colat ille cibo:
Quòd dedit iis uenias, ſpeciem qui panis adorant
Chriſtum, uel celebrem iuſſerit eſſe diem,
Ornanteſque domum qua Chriſtus fertur, humumq́;
Floribus, Hæreticus conſpuit, hoſtis atrox.
Sed ſtolidè. Siquidem Palmarum luce celebri
Chriſtus ſe ſimili eſt paſſus honore coli. Matth.21.
Nam ueſtes ſtrauére ſuas pedibus ſub aſellæ,
Ad Solymas quando uectus Ieſus erat:
Arboribus ramos cædentes, ſpargere terram
Dum ſtuduére, pio perplacuere Deo.
Par opus, ac ſtudium, ſacer ille Hieronymus omni Hieronym. i Epitaphio Nepotiani.
Laude uehit felix Nepotiane tuum.
Solicitus fuerat, inquit, ſi altare niteret,
Si paries mundus, nec ſitus ullus erat.

Ter

Terſa pauimenta, & ſine labe ſacraria, & ipſa
Ianitor in porta crebrior ipſe ſedens.
Hoſtia ſi uelis prætenſa, nitentia uaſa,
Omnia ſi rutila, & ſplendida cuncta forent.
Argolicus quidam Sophus hoc ſibi laudi, & honori
Duxit, quòd propria hæc fecerat ipſe manu:
Interulam, tunicam, caligas, & pallia, & aurum
In digitis rutilans quod tulit uſque ſuis.
Dicere & hoc itidem noſtro de Nepotiano
Poſſumus, & longè plura referre licet.
Floribus ornabat Diuorum templa ſacerdos
Ille pius, ramis, arboreisque comis:
Pampineis foliis, phani loca ſingula adumbrans,
Liquit inornatum nil ſacra in æde Dei.
Quicquid erat pulchrum, uel delectabile uiſu,
Quodcunque arriſit, ſedulus egit opus.
Preſbyteri officiis ſtudium teſtatus abundè
In Chriſtum, & ſuperos, in loca ſacra, ſuum.
Macte noua uirtute Dei uir Nepotiane,
In ſuperis fauſtus nunc age uiue locis.
Talia ſunt cuius primordia clara, coronis
Qualis erit? qualis denique finis erit?
Stridonenſis .i. Hieronymi. Ecce ſacerdotis præcordia Nepotiani,
Quæ Stridonenſis ore relata uiri.
Macte noua uirtute Hieronymus inquit, at iſthæc
Nonne hominis meritum lucida uerba probant?
Nonne ſonant meritum uerba hæc? Primordia cuius
Talia, dic qualis denique finis erit?
Grande equidem ſignant meritum hæc, & præmia
Grandia, cordatus ſi modo cenſor erit. (ſpondent
Et

Ergo ſi meriti magni, ueſtibula, & aras,
Et ueſtes, templi munda tenere ſacri:
Munda pauimenta ſeruare, & uaſcula terſa,
Interiora Dei cuncta nitere domus:
Spargere odoriferis altaria floribus ipſa,
Frondibus & ramis templa uirere nouis:
Conſequitur, Chriſtum ſub panis imagine uerum
Eſſe, pio cultu condecorare, pium,
Et meriti ingentis, cui præmia magna dabuntur, *Vulgatū dictum.
Si ſtabile eſt: *Finis nanque coronat opus. Gregorius, Virtus boni operis perſeuerātia eſt.
Quantopere ornatum templum Solomonis, & auro, Exodi.25
Et rutilis gemmis ſplenduit innumeris:
Quo tamen haud aliud quàm plenas ſanguinis aras
Hœdorum ac uituli cernere ubique fuit,
Atque arcam, cui Manna inerat, cui uirgula Aaron,
Vrnula, cum iuſſis dupla tabella decem: Num.5
Vmbra futurarum quæ ſolum ſignaque rerum Exodi.28
Cuncta fuere, noua quæ modo lege patent. Hebrę.9.
Quanto igitur lux eſt umbra præſtantior ipſa,
Dignior eſt quanto res quoque uera typo,
Omnigeno tanto redimire decet mage cultu.
Viuificum panem, quique homo, quique Deus.
Ergo igitur quando hæc Lutherus ridet, ab ipſo
Riſus erit, ſummi qui tenet alta poli.
Paucula de multis licet iſta leuiſſima non ſint, Pſal.2
Carpſimus erratis, hæc monuiſſe ſatis.
Hæc monuiſſe nimis: potius condenda Barathro,
Vnde bibit quicquid bellua ſæua uomit.
Sed quis tam ualeat ſcelera execranda ſilere?
Quem pia relligio, quem iuuat alma fides?

Hæ

Hæreſeos pelagus cupidus ſulcare carinâ
Lutheri, nullos poſſet adire ſinus.
Immerſus mediis ſed fluctibus uſque manebit,
Tam ſunt erratis æquora uaſta nouis.
Res immenſa prius Lybici numeraris arenas
Hyperbole. *Æquoris, & celſi ſydera ſumma poli:*
Et citius nemorum frondes, & gramina campi,
Enumeres ſpicas frugibus ipſe nouas.
Quid multis? dat huic uiridem Vigilantius herbam
Hæreſiarcharum quicquid & Orcus habet.
Libera ab hac paucis ſtetit annis Flandria peſte,
Teutonus & Saxo hac ſorde reſperſus erat.
Prô dolor, heu, noſtras hoc uirus ſerpit in oras,
Occidui penetrans littora aduſque maris,
Sic ſolet exoriens Imber deſcendere ab una
Cōparatio. *Parte, ſed in reliquas tendere ſæpe plagas.*
Sic tonitru ſolet ex uno prorumpere cœlo,
Denique terrificis cuncta ferire ſonis.
Quare agè cui triplici radiat diademate ſacrum
Apoſtrophe ad ſummū Pontifi. *Sinciput, & ſacra cui duo ſceptra manu,*
Summe Dei paſtor, defendito ouilia Chriſti,
A ſtabulis, rapidum pellere perge lupum.
Quando uicem Chriſti geris hic, tibi quas dedit olim
De manibus proprias ipſe requiret oues.
Iratos compone animos per fœdera Regum,
Tu quoque principibus conciliare uiris.
Oſcula perpetui Carlo da pignora amoris,
Da dextram dextræ, Symbola pacis ama.
Pande parentis ei pia uiſcera, pande benignus,
Non dubium, nati reddet & ille uices.

Talibus ac tantis ueluti Pandora, refertum
Dotibus hic Cæſar nobile pectus habet.
Tu maris ac terræ, ſemperque patentis Auerni
Es dominus, cunctis tu dominare locis.
Ergo age Neptunus, tumidas compeſce procellas
Bellorum, placidum reddito pace ſalum.
Ergo age Mercurius, cœli caducifer alti,
Blandiloqua lites comprime uoce graues.
Ergo age, cum Domino ſparſas bene paſce balantes,
Daque tuis pacis accubitare thoris.
Quod male confractum fuerat, iunxiſſe memento: Officia paſtorũ, Eſa. 34
Quod fuit infirmum, conſolidare iuuet.
Pingue quod & forte eſt, cuſtodi: paſce bidentûm
Iudicio ò paſtor, iuſtitiaque gregem.
Vos quoque qui roſco rutilantes undique amictu Ad Cardinales.
Pontificis patres cingitis uſque latus,
Huc animi uires, huc robora cuncta mouete,
Pontifici Reges conciliate ſacros.
Pilea, Crux, ueſtis, rubicantia ſingula amoris,
Et monumenta ſacræ ſingula pacis habent.
Vos teneras Regum ſuaui qui paſcitis aures ad Orator.
Suadela, & gratos funditis ore ſonos,
Eloquio & Cicerona grauem, & Demoſthenis ora,
Rhetorica & lepidos uincitis arte uiros,
Flectitis & quocunque placet dulcedine uerbi,
Dura licet Regum, ferrea corda licet,
Tendite nunc neruos, facundas ſoluite buccas,
Ad pacem procerum flectite corda piam.
Pellite Lerneam procul unà ab ouilibus hydram,
Monſtraque de cunctis hinc quoque nata locis.

Credite, non habuit Argiua nata paludé
Tot capita Herculeis hydra peruſta rogis,
Bellua quot Saxo Lutherus, bellua duris
Cotibus, & duro ſaxea nata ſolo.
Apoc. 13 Hanc reor eſſe, ſacer quam Pathmo uiderat olim
Diſcipulus domino charior ille ſuo.
En iterum peperit Celſos Lutherus atroces,
Ipſe Valentinos progenuitque nouos.
Symmachus en prodit Marcion & impius, ille
Confoſſus telis Tertuliane tuis.
Hos Acherontæis traxit Lutherus ab undis,
Quandoquidem illorum dogmata falſa docet.
Quid referam hæreticos? multos Lutherus alumnos
Illis peiores impietate dedit.
Multa quidem quæ nunc negat hæc generatio praua
Epentheſis Credebant priſci firmiter hæretici.
Oecollampadius, pro Oecolamp. Vis'ne fidem dictis faciam? Sceleratior ipſis
Oecollampadius monſtrat, & iſta probat.
Ideo dicit hęreticus Symboliſta Nanque negat Chriſtum panis ſub imagine uerum,
Symbolon & ſolum corporis eſſe refert,
Dux prius erroris tam fœdi Zuuinglius illi
Extitit, in Stygias præcipitatus aquas.
Oecolampadius Zuuinglius errorem hunc tetro reuocauit ab Orco,
Quem Lampas ſcriptis ſparſit ubique ſuis.
Dicite uos manes Zuuingli, dic aſſecla Zuuingli,
Quiſquis es, obiectis fac ſatis, oro, meis.
Dicite uos manes, atrum qui habitatis Auernum,
Oecollampadii, dicite quæſo mihi:
Si nihil eſt præter ſignum, ſacra hoſtia: quam nos
Sumimus è manibus Myſta ſacrate tuis,

Ob

Obſecro quur Paulus indignè hanc dicit edentes, 1.Corin.11

Corporis & Chriſti ſanguinis eſſe reos? Cõfutatio varia hęreſis Oecolã. de Euchar.

Quiſquis enim reus eſt, cuius reus extat, oportet

Sit prius, aut nequeat illius eſſe reus.

Si nihil eſt præter ſignum, quur præcipit idem,

Vt ſumpturus eam ſe bene quiſque probet? 1.Corin.11.

Si nihil eſt præter ſignum, dic iudice Paulo,

Iudicium ſumit quur ſibi quiſque malus?

Propterea quòd non domini diiudicat ille

Corpus, ait Paulus. Quid precor iſta uolunt?

Nemo quidem, quod non uerè eſt, diiudicat: ergo

Eſt domini in ſacro hoc corpus ubique cibo.

Quòd male ſumentes, multi infirmi, inualidique

Eſtis, ait Paulus. Quæſo quid iſta uolunt?

An tanti eſt ſignum, cui non reſpondeat ulla

Res? quòd ob hoc hominẽ tanta pericla manent?

Sanè aliud longè eſt maius, paniſque, calixque

Ille ſacer, Chriſtus eſt in utroque Deus.

Hoc ſatis eſt Pauli uerbis liquidumque & apertum,

Hoc ſatis eſt certum, lucidiuſque patet.

Vſque adeo ut mirer, quinam quidam Coryphæus

Sacrilegis ſonet hæc impia uota ſonis:

O utinam expreſſiſſet (ait) ſcribendo Synaxin Impiũ votũ

Clarius hanc uerbis Paulus & ipſe ſuis.

Verba quidem Pauli ſat ſunt illuſtria, ſi quis

Sedulus expendat, ſingula uerba notet. Reprobatio Voti impiiſſimi.

Spiritus & ſatis eſt ſanctus manifeſta locutus

Per Paulum, noſtræ quæque ſalutis erunt.

Non dubito Pauli uerba accepiſſe Corinthos,

Corpore de Chriſti, ſanguine deque ſacro.

Eſt igitur magni magna impietas Coryphæi
Hoc cupere, ut Paulus lucidiora ferat.
Cõparatio. *Hoc etenim tale eſt, quaſi claro lumine Soli*
Optaris radios lucis ineſſe nouos.
Sed ſatis hæc. Nunc Chriſte faue, mihi ſuggere uerba
Grata tibi, hæreticos ſternere daque feros.
Prodeat huc Carolſtadius, qui plenus Erynne
Nil agere arbitrium, ni mala ſola, crepat.
In lib. ſuo de lib. arb. *Prodeat, arbitrium qui pernegat omne Melanchthon,*
Et docet authorem cogere cuncta Deum.
Repetitio. *Hæreticus perſtãs prorſus negat omne Melanchthon,*
Et docet authorem cogere cuncta Deum.
Prodeat huc Pomeranus, Lambertus, Ionas,
Si quid habent dicant pectore monſtra ſalis.
Arbitrio ſi nil facimus, ſi cogimur ipſo
Impulſore Deo fas agere atque nefas:
Aſſertio lib. arb. Eccl. 31. *Quomodo conſtabunt diuina hæc uerba, theatro*
Spiritus è celſo quæ dedit ore ſacro?
Nempe hæc: Tranſgredier potuit, non eſt tamen ipſe
Tranſgreſſus: potuit, noluit ipſe malum.
Quomodo uel Pauli uerißima uerba probantur,
Nos adiutores qui docet eſſe Dei?
Scilicet hæc pugnant, ſeque illidentia ſunt hæc,
A Domino impelli, iuris & eſſe ſui:
Scilicet hæc pugnant ſecum nimis ex diametro,
Eſſe adiutores, noſque iuuare nihil.
Arbitrium nullum ſi nobis, quomodo noſtram
Addimus hanc operam, ſubueniente Deo?
At iuuat hæreticos ſic inſanire proteruos,
Impunè ut ualeant uiuere, quando libet:

Vt ſua cuncta ſimul uerba & ſua facta putentur;
Seu fas ſiue nefas, facta uolente Deo.
Scilicet ut nulla uiuant ſub lege rebelles,
Spargere & errores fas ſit ubique nouos.
Quæ foret impietas hac maior, uel fuit unquam?
Quàm mala quæ patrat, plectere & illa, Deum?
Quur Deus inſtituit leges, quas ſoluere cogat?
Quur dedit has leges, quas uiolare uolet?
Quur Barathri pœnas ſceleroſis irrogat author,
Si ad ſcelera impellat hos ſtimuletque Deus?
Quæ foret hæc rabies? ſed quæ ueſania tandem;
Sic Dominum leges contemerare ſuas?
Si cogente Deo committimus omnia iniquè,
Quur nos, non potius ſe, ferit ergo Deus?
An gladium cædes, ſi quenquam læſeris illo?
An potius plectes téque tuumque ſcelus?
Dicis: in orbe malum non eſt, quod non Deus egit, Obiectio
Scimus enim, uates protulit iſta Dei. Amos.3.
At nequit eſſe mali culpæ Deus author in æuum,
Sed pœnæ: impropriè hoc dicitur eſſe malum. Dilutio.
Rite malum pœnæ dices æquumque bonumque
Iuſtitiæ, ferit hoc crimina noſtra Deus.
Eſſe malum geminum, culpæ pœnæque, fatentur
Non modo qui noſtris exiliere ſcholis;
Verum etiam magnus ueterum dux dia loquentûm
Tertuliane doces, fuſius illa probans: Tertull. aduerſus Marcioñ lib.2.
Pœna malum non eſt propriè, quamuis putet ille
Qui patitur, iuſtum eſt iuſtitiæque bonum.
Sic homicida malum pœnam, dum plectitur, ipſam
Eſſe putat, quum ſit iuſtitiæ illa bonum.

Nempe mali culpæ nunquam factor Deus, iſthuc
Nec patitur bonitas, fert pietaſque Dei.
Ergo malum culpæ facimus nos, arbitrioque
Hoc Deus in nobis liberè ineſſe ſinit.
E regione boni quicquid facimus, Deus author
Illius eſt, ſequimur nos ſtimulante Deo.
August. in ſententijs. *Ipſe coronat opus proprium in nobis, tribuitque,*
Non ſibi, ſed nobis præmia cuncta Deus.
Hactenus hæc. fateor ſunt id genus impia plura
Dogmata, ſacriloquis falſa probata uiris.
At parui nequeunt numeri comprehendere tantam
Illuuiem, anguſta claudere lege negant.
Adde quòd inueniant ſemper noua & impia, ſemper
Error & errorem gignat, alatque nouum.
Cõparatio *Non ſecus ac quondam Lernæ crudelis Echidna*
Pro capite ablato protulit atra duo.
Quare opus eſt Irenæis, & Tertulianis,
Qui iugulent ſcriptis tam fera monſtra ſuis.
Nunc opus eſt Iuſtino, opus eſt Prudentio, ut iſthæc
Portenta expugnent, quò mage fulta fides.
Ad epiſc. *Vos igitur bifida redimiti tempora mitra,*
Clara quibus uigil hic nomina cura dedit,
Vos penes eſſe ſolet motos componere fluctus,
Ad placidos Petri ducite uela ſinus.
Reddite pacatum diſſciſſum litibus orbem,
Quò bene concordes ſpiritus unus alat.
Prouer. 3. *Vos Domini uerbo, Clypeo ſperantibus in ſe,*
Et fidei Galea uos redimite ſacra.
Hebræ. 4. *Sermo Dei uiuus gladio penetrantior omni eſt,*
Hoc fidei peſtes enſe ferite feras.

Vos

Voſque Dei uerbo (gladius qui flaminis almi) Ephe. 6.
A caulis rapidos pellite prorſus apros.
Quinetiam uigila Cæſar ter maxime, Iberos Apoſtroph. ad Cęſarem
Protege, ne ſcabies lædat & iſta tuos.
Morbida nanque ſolet bene ſanas lædere caulas
Agna, & ſyncerum commaculare gregem.
Tu pariter uigila fidei Rex inclyte uindex, Ad regem Angliæ
Littora nunc crebro milite cinge tua.
Nunc tua res agitur, paries quum proximus ardet,
Hoſtis habet patriæ limina prima tuæ.
Tu modo qui Gallas latè moderaris habenas, Ad regem Galliæ.
Finibus has peſtes Rex agè pelle tuis.
Vos reliqui Regesque Ducesque obſiſtite fortes, Ad reges ac duces reliquos.
Nomina quos Chriſto ueſtra dediſſe iuuat.
Vellere nunc ueſtras cuperem quoque Saxones aures,
Aſt operam ſtultè perdere nolo meam.
Quandoquidem hunc alitis Lutherum, qui malè tandem
Vos ſimul exitio perdet ubique malo.
Quæ Laruæ? quæ Intemperiæ? quæ impellit Erynnis?
Serpentem in ueſtro uos refouere ſinu? Adagium.
Obſecro quid colubrum, qui ueſtro funera regno
Inferet, in patriis paſcitis uſque focis?
Perderet ò ſolos ſi uos truculentior anguis,
Inficeret noſtras nec ferus ille plagas.
Nunc ueluti cancer morbus per climata ſerpit
Omnia, nec tutum linquit in orbe locum.
Fama ſatis conſtans, ueſtra indulgentia in omnes
Sparſam Germanos hanc procul eſſe luem.
Vſqueadeo ut ſumptis armis fera bella mouerent
Principibus propria non ſine ſtrage ſuis.

Vos oculos tandem mentis reſerate, timete
Vltricem in ſuperis ſedibus eſſe manum.
Cæſar enim quanuis uos fert, ueſtrumq; prophetam,
Et patiens cœlo muſſitat ipſe Deus,
Aug.lib.de libero arbi. *Nil tamen infandi ſceleris remanebit inultum,*
Præmia ſunt rectis, ultio ſæua malis.
Val.Max. *Nec mora uos fallat, ſera eſt uindicta timenda:*
Nam dilata diu ſæuior eſſe ſolet.
Vos niſi pœniteat, nigro Rhadamanthus in Orco
Arbitrio & Minos ſeruat uterque ſuo.
Tollite de medio, populantem auferte leonem,
O proceres, Domini uaſtat ouile Dei.
Obiectio hęreticorum. *Dicitis hic: Dominus peccantis funera non uult,*
Ezech.18 *Sed mage conuerſus crimine purus agat.*
Paulus ait: Deus eſt teſtis, uos quomodo ad unum
Philipp.1. *Viſceribus Chriſti iugiter eſſe uelim,*
Vt magis exundet ueſtra hæc dilectio, in omni
Cognitione Dei, nocte dieque precor:
Vt potiora probetis item concorditer omnes,
Inque diem Chriſti pax ſit ubique Dei.
Ecce igitur, quanto te Paulus ſanctius optat,
Orator quanto te magis ille pius.
Ergo magis precibus Deus exorandus, ut illi
Dilutio *Det miſero mentem protinus ipſe ſuam.*
Audio, & hoc ſuadet pietas, ſuccurrere lapſis,
Et ueniam à ſuperis ſæpe rogare, reis.
Sed quibus eſt animus tractabilis ad meliora
Conſilia, & monitis flexilis uſque piis.
At modo Lutheri eſt res conclamata proterui,
Deuia nanque ſacro nunc grege aberrat ouis.

Et ueluti membrum eſt uiuenti à corpore ſectum,
Quod neque ſanguis alit, uenáque nulla fouet.
Non etenim membrum Chriſti eſt, nec ſpiritus ipſum Aug.11.q.
Ille Dei uegetat, ſed tenet ille Sathan: ca.3.Nihil.
Sancta ſuis ſcelus hoc preculis Eccleſia priuat, Aug.11.q.3.
Atque Sacramentis priuat ubique ſuis. ca.OisChr.
Nec recipi hoſpitio, nec Salue dicier ipſi, 1.Ioan.2.
Nec comedi tali cum nebulone poteſt.
Dum nimis offenſus Cataclyſmo offunderet orbem, Gen̄.7.
Sic hominum plectens crimina fœda Deus.
Quiſquis erat, Noe extra arcam quā ſtruxerat ipſam
Obrutus inſanis manſerat ille uadis.
Sic modo Lutherus extra hanc Eccleſiæ & arcam
Hæreſis in tenebris uoluitur, atque iacet.
Præſulis horrendo concuſſus fulmine ſummi, Fulm.i.Ana
Fulmine, quod Graia uoce Anathema uocant, themate Le
Spiritus ut ſaluus fiat. Nihili tamen ille, onis Pa.X.
Pontificem ridens, hoc Anathema facit. 1.Cor.5
Sed nimium praue. Nam ſeu ſententia talis
Iuſta uel iniuſta eſt, uſque timenda uenit. 11.q.3.ca. Nemo.
Barbarus hanc quondam Rex Deſyderius ille Bap. Fulgo
Longobardorum ualdius extimuit. ſus lib.1.de
Romuleæ poſtquam ditionis ceperat urbes relig.cultu.
Multas, ac Romam uellet inire ſacram.
Limina ſe Petri uoto ſimulauit adire Is p̄ſul erat
Velle, ſed hos præſul ſenſit in hoſte dolos. Adria.PP.1
Atque prius templis reſeratis, urbe adaperta, TeſteFulgo
Nunciat hæc Regi uerba tremenda fero. ſo,vt ſupra.
Ne ueniat propius ſub pœna Anathematis urbem;
Nec mora, mox retro milite uerſo abiit.

En tumidum & ſæuum Regem, quem nulla mouebant
Arma, minax terret uox Anathema, ferit.
Quanto igitur Monachum non uox Anathema, ſed (ipſa
Pœna, magis debet diſcruciare ferox?
Sed Monacho nulla eſt Luthero uena paterni
Teſticuli, nulla in pectore mica ſalis.
Correctio Rhetorica. *At quid ego Monachi Lutherum nomine dignor?*
Cui procul abiecta eſt nigra cuculla nigro?
Rupta pudicitiæ cui zona, & uincla pudoris,
Irrita qui fecit uota, fidemque ſuam.
Sacra Dionææ matri fert, Hyppolitumque
Odit, amat Numen fœde Priape tuum.
Iro etiam ſpreto Plutum amplexatur, & omne
Abiicit à ſeſe Chriſti hominumque iugum.
Non igitur Monachus, ſed Apoſtata & Antichriſti
Præco, Lutherus iure uocandus adeſt.
Leo. PP. X *O quoties uoluit Leo Maximus ille ſacerdos*
Lætior in caulas hunc reuocare ſuas:
Math. 24. *Haud ſecus ac pullos tepidis gallina ſub alis*
Congregat, ac fœtus congregat illa ſuos.
Sed negat, ac perſtat dura ceruice rebellis,
Erigit in ſanctos cornua dura patres.
ad Tit. 4 *Hæreticum bis commonitum uitare iubemur,*
Hiere. 14. *Iudicio euerſus nam manet ille ſuo.*
Irrita pro populo Iudæ ne fundito uota,
Vt bona de manibus impetret ulla meis.
Quum ſua ieiuni fudére precamina, nulla
Suſcipiam, aut aris dona ſacrata meis.
Sed gladio feriam, conſumam peſte, & acerba
Quod reliquum ſupereſt, conteret omne fames.

Sic

Sic Deus, & ſubita fatur ſic percitus ira
Hieremiæ, & triſtes intonat ore minas:
Ante meam ſi ſtent faciem Moſes Samuelque, Hiere. 15
Me precibus quanuis pulſet uterque ſuis,
Nil tamen efficient: populum non diligit iſtum
Mens mea, ſed celer hunc eiice, pelle foras.
Si nihil ergo iuuant ieiunia, uota, precesque,
Indurata quibus mens animusque manet:
Numina Luthero precibus quis flectere curet?
Durior eſt ſicco qui (mihi crede) rubo.
Quare oculis Domini quæ recta ac iuſta uidentur,
Hæc faciat monſtro ſit mora nulla fero:
Aut quoniam proprium miſereri ac parcere ſemper
Eſt Domino, parcat commiſerando reo:
Aut quoniam ſuauis cunctis, miſeratio multa Pſalm. 144
Illius excellit cuncta opera ipſa ſua,
Lumina colluſtret diuino lumine cæci,
Ad frugem ut redeat ſæpe dolendo bonam.
Aut quod ait Pſaltes & regius ille prophetes,
Viuus ad infernos decidat ipſe lacus: Pſal. 30
Aut ueniat laqueus, quem non cognouerat, illi:
Aut ſe compedibus uinciat ipſe ſuis.
Ne ſua per ſanos poſthac contagia lædat, Pſal. 34.
Diſpereat, Chriſti grex modo ſaluus erat.
Non potuit gratam Dauid rex cernere pacem, 2. Reg. 18.
Abſalon extinctus ni foret ille ſuus.
Sic niſi Tartareus Lutherus corruat anguis,
Non poterit fœdus mundus habere ſuum.
Quatenus id licuit, uoluiſſet uiuere natum 2. Reg. 18.
Rex bonus, ut nato parceret ipſe ſuo.

Aug. i Epl'a ad Bonifacium Comitem.

Quatenus & fas eſt, pia uult Eccleſia alumnos
Viuere, & in gremio quenque fouere ſuo.
Abſalon ut cecidit, fleuit pater: attamen idem
Leniit & gemitus pace monente, graues.
Sic licet amiſſam fleat alma Eccleſia prolem,
Mœſtitiam ſaluis pluribus ipſa leuat.

Hieronym.

Quæ precor hæc bonitas? quænam clementia? ſoli
Parcere, ſed reliquos præcipitare uiros?

Exhortatio ad reges vt cuſtodes ſe noſcant potius q̃ dños pp'li Chriſt.

Noſcite uos Reges cuſtodes noſcite rerum,
Non dominos ſolum, ſed magis eſſe patres.
Vos quoque paſtores, uos ſeruos eſſe fideles
Credite, ut alterius floreat alter ope.
Sicut honor Regis, populi ſudore coruſcat,
Sic populi à ſummo Principe grata ſalus.
Principis eſt æquas populo præſcribere leges,
Et populi, Regis iuſſa tenere ſui.

Alluſio ad illud Flacci Ode. 15. Cuſtode rerum.

Cæſare dum uigili rerum cuſtode maneret,
Publica Romanæ res bene tuta togæ:
Tunc procul ira abiit, ſæuos quæ fabricat enſes,
Tum furor Auſoniis exiit omnis agris.
Nec Getha, nec Seres, nec Perſæ perfida plebes,
Imperio Roma tunc nocuere tuo.
Sic uigiles nobis ſi uos præſtabitis Argos,
Et populi uobis cura ſalutis erit,
Si bene paſcendi, potior quàm Regna parandi
Ardor, & imperii non ſitis ulla noui:
Non dubium, toto fugiet diſcordia mundo,
Barbarus & noſtros deſeret hoſtis agros.
Aurea Saturni remeabunt ſæcla, Bifrontis
Perpetuum ſtabunt oſtia clauſa Dei.

Om

Omnia florebunt, quæ iam collapſa reſurgent,
Agger & exiguus, ſummus olympus erit.
Creſcere res paruas Amor & Concordia donant. Salluſt. in
Diſſidiis magnæ res quoque ſæpe labant. Iugurth. &
Vos ſtabili Reges nunc fœdere iungite dextras, Iliad. v. 274
Et fidei cauſſam ſuſcipitote piam.
Hoſtis adeſt geminus, fidei uiolator uterque:
Illinc Lutherus, hinc male Turca furit.
Hos, niſi concordes, geminos arcebitis hoſtes,
Ne domini ſacrum glubat uterque gregem,
Actum de populo Chriſti, magis impius olim
Quàm Getha, quàm Turca, quàm Recutitus erit.
Quis ſcit an hæc patimur meriti grauiora? ego certè
Hæc metuo noſtrum commeruiſſe ſcelus:
Alter in alterius dum uiſcera ſtringimus enſes,
Offenſus patitur forſitan iſta Deus.
Quis Domini ſenſum nouit? Quis conſuluit illi? Rom. 11.
Iudicia ipſa Dei, plurima Abyſſus erit. Pſal. 35.
Ergo timete Deum fraterna offendere cæde,
Et ſtabilite nouæ fœdera amicitiæ.
Quandoquidem niſi conuerſi, ſtrictum uibrat enſem, Pſal. 6
Et parat ab arcum iam Deus ipſe ſuum.
Os Domini loquitur: Si me irritare malignè Eſaię. 1
Pergitis, hic gladius quenque uorabit atrox.
Rurſus ait, gladius uos deuaſtabit, & intus Deuter. 32.
Diſperdet iuuenem cum ſene ubique pauor.
Vltor enim ſcelerum gladius. Sic maximus Iob: Iob. 19
Plurima qui patiens dura, & acerba, tulit.
Quare agedum fidus pactis ſta Liliger æquis,
Pollicitis firmam Rex bone iunge fidem.

Si

Adhortatio Chriſtiana ad Gallum. Si male perſuaſus Turcis hærendo nephandis,
Hactenus erraſti,ad mentem animumque redi.
Eia precare Deum, proceres,cum plebe ſenatus
Orent,concordi Gallia uoce roget.
Pſal.12. Vt Chriſtus tibi nunc oculos illuminet,ut non
Dormiat in morte,corque animusque tuus.
Ne tuus hoc iactans aliquando inimicus, ego nunc
Præualui aduerſus (plaudite) dicat eum.
Marci.10 Si ſecus ipſe uiam ſediſti lumine caſſus,
Chriſtus adhuc tranſit, uoce morare pium.
Cernere quò tibi det,quid rectum,faſque,nefaſque,
Vtere conſilio tandem aliquando bono.
In Chriſtos Partho qui tela Sydonia cornu
Torſiſti,in Turcas uertito ferra feros.
Lilia iunge Aquilæ, Regni conuertito robur
Omne tui in Parthos, Cares,& Armenios.
Sic tibi placabis Chriſtum, ſic Cæſaris iram,
Exhortatio item pia & Chriſtiana ad Cæſarem Sic tuus amiſſus (crede) redibit honos,
Deque tuo Cæſar paulum concedito iure,
Sic erit æternus conciliatus amor.
Tull.1 Off. Non modo magnificum,paulum decedere iure,
Sæpius at multum commoditatis habet.
Officiis hoſtem ſibi deuincire, decorum eſt,
Pectoris ingenui, magnanimique uiri.
Rom.12 Prou.25. Hoc etenim faciens,carbones ignis adures
Tu-ſuper hoſtile concumulando caput.
Hoc eſt,rancores ueteres extinguere, amorem
Inflammare,(modo cor ſit in hoſte) potes.
Quòd ſi forte tuus dura ſit mente inimicus,
1.Reg.19. Qualis Dauidi perfidus ille Saul:

Qua-

Qualis & Eſau hirſutus leuiſſimo Iacob, Geneſis 27.
Ipſe tibi reddet præmia larga Deus. Prouer. 25
Vince bono bone, uince malum, mala reddito nulla, Rom. 12.
Sed tibi ſubiectas uindica ab hoſte plagas.
Ne rogo bella geras, niſi primum læſus ab hoſte, Exẽplo veterũ Romanorũq cõſuerere nõ niſi laceſſiti bellũ inferre ait Bapt. Fulg. lib. 2. de priſcis inſtit.
Sic uindex, nunquam belligerator eris.
Arma tibi placeant & prælia pacis amore,
Vt tranquillus agas belligerare iuuet.
Quæ fuerant Chriſti quondam cultoribus, illa
Aſſere regna tibi, ſunt ea iure tua.
Vt ſpoliauit enim Ægyptum Iudæus iniquam,
Perfidiæ gentem ſic ſpoliare licet.
At reliquis, poſtquam tua ſub iuga miſeris, eſto Hoc eſt, ſedat hoc cordi quòd ait Maro: Parcere ſubiectis, & debell. &c.
Mitis, & indignis te quoque digna dato.
Quæ neque promeriti, confer bona: quæque merentur
Ne mala mox referas, multa remitte reis.
Quò magis hoc præſtas, hòc es uicinior illi Exodi. 12.
Qui miſeris natum miſit ad ima ſuum.
Propter enim nimium quò nos dilexit amorem,
Quem genuit nobis hoſtibus ipſe dedit.
O bonitas à ſumma Dei, qua corda fatiſcunt, Ephe. 2.
Linguaque muta ſilet, mens hebetata iacet. Rom. 5.
Maxime ter Cæſar pacem complectere ſanctam,
Hanc tibi uel regno perge parare tuo.
Sanguine nam proprio nobis & morte reliquit Ioan. 14.
Hanc teſtamentum Chriſtus in orbe ſacrum. Ioan. 20
Hanc rediens poſt fata, ſuis donauit amicis,
Pax mea ſit uobis, pax mea ſemper ait.
Protinus ut pretium, quo pax ſibi parta doceret,
Corporis oſtendit ſtigmata quina ſui.

Im

Ioan.15 Imperat hanc Chriſtus cœli terræque Monarcha,
Quando iubet fratrem quenque adamare ſuum.
Ioan.17 Hanc, moriturus in hunc morem patrem rogat almũ;
Vt ſumus hic unum nos duo, ſumme Deus:
Sic ſtabili quicunque fide in me credere curant;
Hic maneant unum, fœdere, amore, fide.
Pſal.33. Regius hæc Pſaltes: Si quis uitamque, diesque
Si quis, ait, cupiat ſemper habere bonos,
Ille ſacram inquirat pacem, ſtudioque ſequatur:
Ille malum fugiat: optima ſemper agat.
Quis uiolare igitur uolet hanc, uel propter honores?
Scindere uel fluxas hanc male propter opes?
O ego ſi poſſem tali teſtudine ueſtros
Demulſiſſe animos, & domuiſſe feros,
Quali cæruleas Barathri placauerat iras
Orpheus, Eurydicen dum petit ille ſuam:
Amphion quali uaſtiſſima ſaxa mouebat,
Thebanæ quando conditor urbis erat?
Non ego deſinerem totis contendere neruis,
Vos ſuaui placidos conciliare Chely.
Si mihi Smyrnæi foret aurea uena poëtæ,
Eloquii uires ſi Maro magne tui:
Si mihi Calliope, Clio, Cliusque ſorores,
Et ſacer Aonius uellet adeſſe chorus:
Atque ſuo præſens facundo pectine Maiæ
Annueret uotis filius ille meis:
Pythius aut facilis uenæ largitor Apollo
Plectra mihi & reſonam ſi daret ille lyram,
Correctio Rhetorica. Quin potius ſi Chriſtus opem mihi uerus Apollo,
Veraque Calliope Chriſtipara ipſa ſuam:

Cer

Corriperem ueſtras bella ad Mauortia mentes,
Horriſona canerem Claſſica ſæpe tuba:
Quò geminos fidei toto molimine in hoſtes
Pectoris exereret robora quiſque ſui.
Sed ſatis ò Reges ſæuitum in uiſcera fratrum,
Iam ſatis, heu bellis omnia plena feris.
Nunc Ticini cæſo cumulantur milite foſſæ,
Auſonia obſcœno ſanguine tota madet.
Nunc ſatis eſt rigido quondam Regina capiſtro — à Borbon. capta.
Cæſarea ſatis eſt Roma ſubacta manu.
Igne, fame, gladiis, & peſte, & ſanguine multo,
Roma ſatis multis eſt cruciata malis.
Triſtis enim noſtras reſonat querimonia ad aures,
Et gemitus fundit Martia Roma graues.
Terra cadaueribus, quæ nix modo condita, operta eſt,
Itala & humano ſanguine terra rubet.
Haud reor effuſas Cannis tot ſanguinis undas,
Annibal in Latios dum ruit ipſe uiros.
Nec Lybiæ quando generoſus Scipio campos
Occupat, ut Romam uindicet hoſte ſuam.
Nec Troiam tanto madefactam ſanguine, quando
Argolicis Phrygii ſuccubuere uiri,
Iam ſpolia, & cædes, ſæuique incendia Roſſi
Martini, heu lachrymans terra Brabanta dolet.
Diues opum quondam Lucenburgenſia tellus,
Se modo uaſtatam Gallico ab hoſte gemit.
Iamque bis in luſtro, ſpoliata Arteſia mœrens
Prædones Gallos, carnificesque tulit.
Sarmata cum quibus eſt ſcelerato fœdere iunctus,
Cum quibus adiuncti turba cruenta Getæ.

Qui

Qui ſimul ambuſtis domibus, templiſque ſacratis,
Mactarunt matrem cum puero atque ſenem.
Pluto crematurus uicina ſuburbia Auerni,
Imploret Gallum, mox leuis ille iuuat.
Annonia heu paſſa eſt gladios, tormenta, fauillas;
Gallorum; canibus dilacerata feris.
Sincope in Amerſford. Tu ſpolium Roſſi Martini Amſfordia, robur
Hollandis, dira proditione iaces.
Hac neque contentus, paucis poſt latro diebus
Eyndhouiam expilat milite trilitero.
Mart.Roſſ. Hinc uariis pagis incendia dira minatur,
Ære redemiſſent ni ſua ruricolæ.
Bis Falcemburgi eiuſdem ſenſere rapinas,
Qui meruit pœnas corpore ferre graues.
Milite te denſo præclara Antuerpia Roſſus
Antuerpiæ ac Louan. obſidium. Teque Louaniacam cinxerat ille Scholam:
Diuitiis inhians ueſtris, hinc ſæuior hoſtis
Sanguinis hinc ueſtri tam ſitibundus erat.
Ceu lupus humano guſtato ſanguine, paſta
Cõparatio Carne uorando homines ſe ſatiare cupit.
At male conatus ſucceſſit uterque Tyranno,
Fœdè etenim pulſo milite pulſus abit.
Væ uobis tandem cum proditionibus. Ecce
Cæſar adeſt, ſcelerum ſtrenuus ultor erit.
Pſal.76. Et modo (ſic etenim dextræ mutatio celſi)
Apud Parpiniam Reddita ab Hiſpana eſt talio digna manu.
Cæſa iacent procerum ſine nomine corpora paſſim
Gallorum, Gallus miles ubique iacet.
Oppida Gheldrorum, patriæ quoque Iuliacenſis,
Cæſareo iam ſunt ſubdita cuncta iugo.

Ergo igitur Reges, hæc bella domeſtica cedant,
Pro fidei caſtris ſurgite, ſtate, ſacræ.
Turca furens fremit hinc, frēdet Lutherus & illinc:
Efferus hic armis, efferus ille dolis.
Harpyas ſuperant, & apros, ſuperantque leones,
Monſtra quoque Herculea quæ cecidere manu.
O properate uiri, coniunctis uiribus unà,
Obfirmate animos ad noua bella nouos.
Pectore Achillæo hic opus eſt, ualidiſque lacertis,
Qualibus Ænea Turnus ab hoſte ruit.
Sternite & in proprio hæc duo uoluite mōſtra cruore,
Strauit ut Enceladum Iuppiter ipſe ferum.
Interea precibus cœlum pulſabimus altum,
Mutua quò uobis pectora iungat amor: Metonymia continens p contento.
Dirigat & ueſtros cœleſti lumine greſſus
Chriſtus, & in rectam monſtret inire uiam:
Quò ſimul & recti ueſtigia ueſtra ſequamur: Claudianus Cōponitur orbis regis ad exemplū
Nanque ſuos ſequitur neſcia turba duces.
Sunt oculi reges, populus quibus ambulat: ergo
Si cæci reges, plebs quoque cæca ruit. Parecbaſis .i. digreſſio
Seu bonus, & prudens ſit rex, ſeu publica peſtis,
Seu Phalaris, Brutus, Scipio, ſiue Cato:
Semper erit populi Typus, atque Idæa ſequacis.
Regis ad exemplum nam rude uulgus agit. γνώμη,
Quorſum igitur? reges probris onerare malignis, Sentētia.
Quos precibus lapſos par releuare piis?
Obſecro Paulus ait, fieri pia uota precantum
Pro populo, & ſummis regibus atque ſacris, Timo. 2.
Vt tranquilla ſimul uiuamus tempora, Chriſto
Sic placitum, cunctos qui cupit eſſe ſuos. 1. Timot. 2

Sunt mage grata deo pro rege precamina, quanto
Gerſ. in ſer. de concilio Cõſtantieñ *Pendeat à regis noſtra ſalute, ſalus,*
Nempe uouere caput diris, miſereſcere cuius
Eſt opus, exitio eſt culpa pianda malo
Hæc celebris Gerſon, reſponſis credito Phœbi,
Vera, Sybillinis uerſibus eſſe magis.
Allegoria *At mea ſulcauit ſatis ampla per æquora cymba,*
Vertimus ad portum Carbaſa noſtra ſuum.
Regreſſio *Macti animo, geminũ referetis ab hoſte triumphum,*
Ocyus in rabidos fundite tela canes.
Spes nutrite bonas, erit hæc uictoria ueſtra:
Parte quidem à ueſtra credite Chriſtus erit.
Ille ſuam uindex cauſſam tutabitur, ille
Militat hic quiſquis, hoc duce, uictor erit.
Metonym. *Nos uotis facilem (ſpes eſt) reddemus olympum:*
Quandoquidem prono flectitur ore deus.
Ferrum Adamanta trahit, trahimus quoq; numina uo
Procliuem faciunt & pia corda deum. *(tis:*
Vſqueadeo ualida eſt uiuax oratio, cœlum
Vt penetret, ſuperos peruolet atque polos.
Exodi. xv. *Nonne ſacer tenſis Moſes ad ſydera palmis,*
Nonne dedit populis ampla trophæa ſuis?
Exodi. xvii *Nonne Philiſtæos Samuel prece fuderat hoſtes?*
dedit. i. fe- *Quod nequiit gladius, uir dedit ore pius.*
cit. ſic Boet. *Nonne alienigenas Ionathas orando cohortes*
Stabilisq; manes da- *Vicit, & hoſtiles perdidit ore manus?*
bis cũcta moueri *Nonne Philiſtæum tam uaſta mole Gigantem*
Fundula Dauidis cum prece ſtrauit humi?
1. Regũ. 17 *Ezechiam tibi quid referam? Sed nonne feroces*
4 Reg. 19 *Subdidit hic hoſtes ſupplice uoce ſuos?*

Nunc

Nunc igitur tandem firmate ò pectora reges,
Et fidei clypeo uos operite ſacro.
Quò bene poſſitis flammantia pellere tela, Ephe.6.
Hoſtis & inſidias non trepidare graues.
Omnigenis ſuffulti armis, conſurgite in hoſtes.
Surgite, & ex toto pectore torpor eat.
Nec gelidus circum maneat præcordia ſanguis,
Bulliat in uenis ſed cruor ipſe ſuis.
Surgite, mox aderit Chriſtus, uexilla triumphi
Ipſe feret, rubeam ſanguine ubique crucem.
Intrepidi ferrum manibus comprehendite ferrum,
Nosque precum ualida ſubueniemus ope.
Eia igitur uibrate enſes, duo monſtra ferite:
Chriſtus adeſt, ueſter ecce triumphus erit.
Irruite ò pariter, magnis concurrite & auſis:
Vicerit hic, quiſquis fortiter auſus erit.
Finis, Gloria Deo uiuenti in ſæcula. Amen.

Ornatiſs. viro M. Io. Lang. Domino Belli loci, Sacratiſs. Cæſ. & Cathol. Maieſt. Carolo. V. à Secretis. Liuin. Cru. S.

Miſeram uir ornatiſſime Mecœnas huma niſſ. Langi, æſtate ſuperiore ruſticus ego ſacerdos indoctus & miſer, ruſticũ indoctũ & miſerũ carmen meũ, ſtridenti ſtipula in triuiis luſum diſperſumq́;, Paracleſim meã, ad Potẽtatus Chriſtianos contra Turcam ac Lutherũ atq; illius aſſeclas. Miſerã inquã Louaniũ, ad uenerãdos Theologos Iacobum Latom., Petrũ Curtiũ, & Ioan. Haſſel. uiros quidẽ celeberr. ut exactè accurateq́; ipſum expenderẽt, ſuiq́; iudicii in truti

na ſinguli ad amuſſim & penſiculatè caſtigarēt. Et ut ſunt humaniſſ. & propenſiſſ. in omnes uiri, lubētes ac ſedulò fidelē quiſq; dederunt nobis operam: atq; ut emitterē in uulgus me illi & monuerūt & animarūt. Prius carmē (ſcripſi .n. Paræneſin, & carmen uotiuū) M.N. Doctori Latomo dicauimus, utpote caſtigatori ſuo primario: poſterius uerò tibi prolixiſſimè de me merito duximus aſſignandū. Quando aliud equidē nō habeo, quo tua in me tam herculè cumulata officia ex parte ſaltem repenſem, q̄ chartaceam ſupellectilem. Hilari igitur fronte & placido uultu quæſo ſuſcipito quale quale tandē fuerit hoc noſtrnm carmē Elegū, ut ſit grati in te animi noſtri ſpecimen, atq; illibatæ inter nos amicitiæ ſymbolon, Mnemoſynonq; ſempiternū. Fateor dignior es, imò digniſſimus cultiori Camœna, & poëmate longè tornatiore: & ſtuduiſſem utiq; uenuſtiore Minerua exarare, ac limatius ſub auras ædere hoc noſtrum Elegidion, at duo Mehercules quò minus id fieret, obſtitēre: Nempe rei ſacræ difficultas, quæ calamiſtrari & ornari negabat, contenta doceri: Et frequens ægrotatio mea, ſtudiis uehemēter inimica, & lethæam ſæpe præclaris etiā ingeniis ingerens obliuionē. Equidem ut quod res eſt fatear, præter grauiſſimum morbum quo bimeſtri ferè ſpatio (eo ſcilicet tempore quo fluxus ille dyſentericus longè lateq; adeò graſſabatur, ac Phalaridē quendam ageret ubique) laborabā: etiā duobus abhinc annis terq; quaterq; lecto decubui ægrotus maximè, ad Medicorum ferè deſperationē. Sumq; etiamnū in hoc mundi ualetudinario atq; ergaſtulo, ac carnificina quotidie uale

tudine nō ſatis cōmoda,animoq́; uariis languorū nubi
bus obducto,adeó ut Poëmatiō pangere,imò uerò uix
carmen ſuis pedib. & menſuris ſtringere ualeā. Neq;
abs rē profectò,nam ut ille canit:Carmina proueni-
unt animo deducta ſereno.Non ſum equidē mi Langi
qualis eram:nō ſum qui fuerā.Periit pars maxima no
ſtri. hoc quoq; quod ſupereſt,languor & horror ha-
bet.Nimirū iam Stentoreis clamorib.ad rauim 34 uni
uerſos annos docēdo Iuuentutē cerebrū mihi cōminu
tum,peneq́; exhauſtū eſt:totūq; hoc noſtrū corpuſculū
quod uarii morbi & labores exercuere,prorſusq́; gym
naſiū fecere(dū nocte dieq́; per aſpera & plana,per
montes ac colles ultro citroq́; curſito ad ſolādas Chri
ſti ouiculas)penitus confectū eſt,ut iam omnino quod
ad paſtoreā functionē attinet,Rude donādus ſim: pe
dū meū,pera et fiſtula,fundula,& organa noſtra ſint
in ſalicib.ſuſpendēda.Itaq;decretū mihi eſt ad Metro
polim Flandriæ Gandauū,ad affines meos me cōferre,
reſpirādi refocillādiq́; animi gratia. Atq uereor,ut
ne Penia illa Homerica multorum cōis coniux,futura
quoq; mihi ſit uxor,quæ me premat duris in rebꝰ ege
ſtate.Neq;.n. penſiūcula annua 8 aut 9 lb.gr. quā ſa
cerdotiū meū mihi ſuppeditare queat,uictū ſufficiet
& ueſtitū,Chriſtianorū ut ad Paulinū ſcribit Hiero.
diuitias.Neq; ex omnib.exātlatis laborib.tantū mihi
æris repoſitū eſt,quo uiuere queā etiā in ſumma parſi
monia uel bienniū. Siquidē pumice aridiorē me reddi
dere annis plus minus 30. perpauculi quidā affines
mei uel Iro ipſo egentiores,q ceu hirudines ſanguinē,
ita mihi qcqd lucrifeci docēdo paruulos Iulos,paſcen

doq; gregẽ domini exuxére, ut nihil reliq ſit nobis ſucci. Multos ego literarios tyrũculos ueluti pater multarũ gentiũ alui, & inſtitui: quorũ quidã Secretariũ, nõ nulli Canonici, alii Penſionarii, alii Vicarii præpoſitorũ, aliqui Præpoſiti, Abbates, Officiales, qui Scaphiis argenteis, cantharis, & bathyochis bibunt. Vtinã iam eorum unus, aut alter gratus pro impenſo ſibi à nobis Herculano labore, me ſenẽ, capularẽ, imbeciliũ, ualetudinariũ, Samiolo poterio cũ Sticho Plautino bibentẽ, noſtræ caniciei & tenuitatis miſertus, analectis quæ de menſis ipſorũ cadũt Cerealib. cũ catellis donaret, id eſt, exiguã penſiunculã, 6. aut 8. lb. gr. conferret, quo uiuerẽ frugaliſſimè, nempe uitã uel Diogenicã. Sacerdotia ipſa & beneficia ſacra, ut Budaicè dicam, nõ ambio: illa. n. ſunt panis filiorũ, quo ego catellus ſum indignis. ſed ſatis. Demum impenſiſs. deprecor te Langi, Mecœnas liberaliſſ. ut me cõmendes Reuerendiſſ. Dominis, D. Archiep. Panormitano Ioan. Carondoleto, & Philip. Nigri Equitũ aurei uelleris meritiſſ. Cãcellario, quãdo dabitur occaſio: ut poſtq̃ ſuis omnibus abũdè proſpexere, dignẽtur etiã eſſe aliquãdo memores ſudoris mei, ſuis olim nepotulis ſudati, inueniãq; grãm in oculis ipſorũ. Plurimũ. n. tu in hac re poteris efficere. Quod reliquũ eſt ætatis, ſi quod reliquũ ſit, Chriſto fauẽte, deuouere omnino cõſtitui Chriſti Ieſu famulatui, diuinarũq; literarũ ſtudiis, quo res cũq; cadat, etiã in extrema rerũ anguſtia, quò mihi mundus crucifixus ſit, & ego mundo. Id quod faxit Chr. Ieſus ſine quo ipſo teſtante, nihil poſſumus facere. Vale uir humaniſſ. feliciſſimè in domino. Boſc. 1542. Men. Ian.

ELEGIA VOTIVA LEVINI CRVcii Aldinardini Curionis Boſcep. ad Deum patrē & filium eius unicū Ieſum, pro mutua Regum ac Principū concordia.

Siue graui morbo fatis torquemur iniquis,
Siue uorax peſtis, ſeu premat atra fames:
Seu caro, pars animæ male conciliata, repugnet
Spiritui, ſemper ferrea bella mouens: Galat. 5
Siue domi nobis res eſt anguſta repoſta,
Seu lacera in medio fluctuat amne ratis:
Seu rabidum Lybicis bellum truculentius urſis
Nos agitat, miſeris per mala multa, modis:
Denique ſeu iuſtis toleramus dura flagellis,
Conſcia ſeu ſceleris mens male preſſa iacet:
Nos ubi deſtituunt humana iuuamina, ſolus
Afflictis medicam fers Deus alme manum.
Dulce refrigerium noſtrum, tu dulce leuamen:
Tu facili curas uulnera noſtra manu.
Maſcula Thura tuas nunc ergo adolemus ad aras,
Et uitulos labiis nunc damus ecce piis.
Verus Apollo faue nobis, uerusque Machaon, Oze5.14
Nitimur auxilio, pectore, corde tuo.
Tu puppis, tu prora Deus, tuque ancora ſacra,
Linthea per placidum dirige noſtra fretum.
Aſpice quàm uariis quaſſatur cymba procellis,
Alliſa eſt ſcopulis noſtra carina feris.
Vndique nunc armis ſæuit Bellona coruſcis:
Exerit & uires iam furibunda ſuas.
Cædibus intenti Reges, terræ Æthera miſcent
Aruaque diffuſo ſanguine cuncta madent.

Da dá ſumme Deus cœlo miſeratus ab alto,
Res hominum, ſtabilem Regibus eſſe fidem.
Alluſio ad illud, illuminare ijs qui in tenebris. Per tua te precor exorientis uiſcera ab alto,
Quis mortale tuum uiſeris ipſe genus.
Quæ reſident tenebris, reſident quæ mortis in umbra,
Illuſtra radiis regiá corda tuis,
Lumine tam ſacro, dubios quo flectere greſſus,
Quo ualeant placidam pacis inire uiam.
Funde tuam pie Chriſte tuam, dare quam nequit orbis
Principibus pacem, uiſcera in ima, ſacram.
Conſilia in melius referant, da rector Olympi
Quicquid erit rectum, fundit ad Ima polus.
Iacobi.1. Teſtis adeſt locuples Iacobus miles Ieſu.
Quòd ſuperis manant optima quæque locis.
Cõparatio Æthereo ſterilis terra eſt, niſi rore madeſcat,
Cor ſterile eſt hominis ni riget ipſe Deus.
Da precor ardeſcant interno uiſcera amore,
Et tremulas Regum cordibus adde faces.
Æthna ſuo quales uiuo dat ſulphure flammas,
Aut quales ſuperum cudit ubi arma Cyclops:
Aut quales ferula quondá tulit Æthre Prometheus,
Vt uitam caperent hinc ſimulacra ſuam.
Correctio, Rhetorica. Quid loquor? hoc minus eſt, quàm mẽs mihi geſtit, et (optat,
Hoc potius uotum ſuſcipe Chriſte meum.
Da potius tali Regum pia corda fauilla.
Intima da tali pectora amore flagrent,
Succeſſus quali ſupero ſublimis ab axe,
Pſalmiſta. Spectaſti miſeram commiſeratus humum,
Vt pius audires gemebundos carcere in atro,
Eximeres natis uincula dura tuis.

Vel

Vel genus humanum quali complexus amore:
  Dum ſitiens cuperes ferre ſalutis opem. Ioan.19.
Vel ſupero quali primum delapſus ab orbe:
  Veniſti errantem quærere paſtor ouem.
In Cruce uel quali ueniam tortoribus orans,
  Diſcipulo dixti, ſit tua noſtra parens.
Alter ut alterius cuſtos, tutorque pudoris:
  Sic leuius mortem ferret uterque tuam.
Pneumatis igne crema ſancti corda intima Regum,
  Regibus inſinua te bone Chriſte ſacris.
Vt pariter iunctis manibus, dent oſcula pacis,
  Oſcula Theſæa conſtabilita fide,
Qualia depoſito genitrix dedit oſcula nato: Ioan.12.
  De cruce, quem mœſto exceperat illa ſinu.
Qualia peccatrix pia Magdala fixit Ieſu,
  Dum lachrymis ſanctos lauit amara pedes.
Qualia uel genitor redeuntis preſſerat ori,
  Prodigus heu patrias dum male fudit opes. Luc.15.
Illicet, & quicquid referant hoc nomen Ieſus,
  Sit comes in ſumma pectoris arce manens.
Da ſimul ut preſſis dederint pia baſia labris,
  Nomen ut hoc labiis hæreat uſque piis.
Poſcat opum celſos quiſquis uolet, oret olympos,
  Poſtulet uxorem diuite dote bonam:
Et roget inde nouam ſobolem, charosque nepotes:
  Poſteritas tandem quos ueneretur auos.
Plurima & à ſuperis pinguis bona iugera terræ
  Villicus, & multos optet auarus agros.
Ambiat hic ſummos elatus ciuis honores,
  Exuuiis inhiet miles ubique nouis.

Plurima fallaci uenetur & arte ſacerdos
Templa, queant multis quæ ſatis eſſe uiris.
Intret ouile Dei per rimas, tecta, feneſtras,
Voce Dei ſit fur, ſit quoque latro ferox,
Poſcat equos ualidos curata pelle caballos:
Mænalios alius curet, alatque canes.
Indigus & Scaphiis, paterisque micantibus auro:
Geſtiat his ſiccam ſæpe leuare ſitim,
Victrices adamet lambentes tempora lauros:
Belliger & currus Æmiliane tuos.
Splendida faſtoſi placeat lectica Mathonis,
Vndique & aulæis atria picta ſuis.
Et Tyrias chlamydes, gemmatas ordine ueſtes,
Cui tumeat faſtu pectus inane, petat:
Auriferumque ſimul Pactolum poſcat, & Hermum:
Poſcat & è fuluo ſplendida dona Tago.
Qui uolet hic cupiat Crœſo locupletior ipſo
Eſſe, licet per me qui uolet eſto Mydas.
Linquo aliis patinas Æſopi: linquo Vitelli
Prandia, Cæſareas, Pontificumque dapes,
Nec nitidam rubro fluitantem in littore concham
Opto, nec in noſtris Thura Sabæa focis.
Nec celebres arcus, thermas, ſpectacula, uillas,
Nec Babylon luxus, Nec Sybarita tuos,
Nec cytharas, cantus, choreas, nec florea ſerta:
Mollia molliculis linquimus iſta uiris.
Hoc ego uel ſolum cupio, ne ſpernito uotum
Chriſte meum, pacem largiter inde tuam.
Regibus inde tuam pacem, quos ignis adurat,
Quo flagrant celſi numina ſumma poli.

Vi-

Viribus inuictis fidei da uincere peſtes:
Samſonis ualidas robore redde manus.
Annue principibus Gedeonis Chriſte Trophæa
Egregias laudes, & ſpolia ampla, ferant.
Da cito Lutherum gladio, Turcamque ferocem
Sternere: uel noſtro pellere utrumque ſolo.
Tunc tua relligio, male quæ diſſuta laborat,
Surget, & eſt priſcum mox habitura decus.
Tunc tua concordi reſonabunt templa canore,
Dulcius in cytharis plebs canet ima ſuis.
Tunc facies rerum quæ nunc triſtiſſima, ubique
Lætior, & ſolito lætior orbis erit.
Ergo meum bone Chriſte, meum tu ſuſcipe uotum:
Quandoquidem indignis te dare digna iuuat
Hoc ego ſi potiar, non pallida fata morabor:
Nec metuam Elyſios ire ſolutus agros.
Tunc ſine perpetua Crucium requieſcere pace,
Tunc adeam ſuperos cum Simeone choros.
Obtinuit Simeon, quoniam pia, ſancta rogabat.
Nec fuerat uotis ulla repulſa ſuis.
En pia uota, licet ſim crimine plenus atroci,
Aſpira precibus Chriſte benigne meis.
Ne prius occumbam crudelibus abditus umbris,
Neu prius Æthereas inuehar inque plagas,
Quàm uideam toto Saturnia ſæcula mundo
Quæ uiguere, Deus dum caro, natus homo.
Tunc mihi dulce mori, tunc funera ſancta precabor,
Viuere tunc Chriſtus, tunc mihi lucra mori. Ad Phil. I

Finis.

Gratia Chriſto Ieſu.

Crucius curioſulo ac delicatulo lectori.

SI bolus hic non ſatis oppiparus tuo haud ſapiat palato, ſi non ſatis lepidum comptumq́; ſit carmen hoc utrunque noſtrum, condonandum certè hoc nobis eſt, idque ob difficultatem hypotheſis ſacræ præſertim, quæ haud facilis eſt tractatu tam arcta anguſtaq́; carminis lege. Adde quòd admodum procliuis eſt lapſus in hæreſim, ſi uel ſyllabam in ſacris pecces. Cogitare igitur par eſt illud Manilii, lib. Aſtrcnomi con. 2. Ornari res ipſa negat, contenta doceri. Vale.

¶Apologetica Paraclesis Leuini Cru. ad lectorē.

FVere lector candide amici aliquot prorſus candidi, vtriuſq; linguę haud leuiter docti peritiq́;, qui honori meo ex aio bñ conſultū volētes, lecto atq; relecto hoc libellulo noſtro, me admonendū duxerunt, vt q̄dam in carmine vtroq; noſtro emendarē, Ariſtarchi virgula vt tū ipſis videbat, notari digna: aut q; forſitan eadē non legerāt apud ſuos autores, aut nō animaduerterāt, aut ſi aliqñ obſeruaſſent, tñ tum immemores erāt q̄ humana eſt fragilitas atq; memorię imbecillitas. Ego ſane vt qđ res eſt fatear ingenue, q̄dam ab ipſis admonitus deleui atq; obliteraui: q̄dam vero ab ipſis notata, videor habere quo duce quo lare tuter. Operę igit preciū putaui, ea hic ſubtexere ac defenſare, nc tu q̄q; lector candide forte autumes eadē carbone notāda. Sunt aūt hæc temere rephenſa. ¶Schema, ꝗ. Plau. in Perſ. ait: Lepida cū decora ſchema. ¶Quiſq;, p quiſqs. Prud. de pugna diſcordię: Quiſq; litare deo mactatis vult holocauſtis. Iuuenc. lib. Euang. carm. iij. Quiſq; cupit celſam cœli cōſcēdere ſedē. Sic ſæpius Iuuēc. ¶Aeſopi tribus long. ſyll. locaui, & recte: ait eñ Mantua. in Cand. ſua: Nō patinā Aeſopi fameo. ¶Feci Anaſtrophē dicēdo ſua p, ſed æmulatus Maronē dicentē, Tranſtra p & remos. Et id quidē poëtis eſt ſolēne. Scripſerā ad Io. Lang. Mecœnatē meū in quadā epiſt. Horridior ruſco. Id aiebāt amici quidā ſe nō intelligere, ſignificare qđ vellē ego, Certe idē qđ Ver

gil.

gil.Eclo.vij.Horridior ruſco,ꝓiecta vilior alga.Ruſcus apud Verg.eſt ſylueſtris myrtus,teſte Dioſc.li.4.ca.141 Virgilius Marcel.Dioſcoridis interp̄s ait:Quidã bruſcũ noiant,gerit rubẽres baccas.Eſt virgultũ aſperũ vitib. ligãdis accõmodũ,iuncis ſatis ſile,ait Feſt.li.16.vbi ruſcũ ꝓfert neutro,alij vero maſc.gn̄e. ¶Feci qñq; cęſuras p Iambũ in tertio pentametri.Id Ouid.inTriſt.& alibi tã crebro facit etiã in vna pagella,vt nõ pudeat me tantũ ducẽ cõſectari.¶Factor ꝓ autor poſui,& recte quidẽ. Nã licet Valla audior ad ſuggillãdũ id taxet,vt illatinũ vocabulũ,vox tñ eſt receptiſſima ſacris ſcriptorib.&eis quidẽ eloquẽtiſſimis:ſed teſtimonijs ſacris,ꝓbemus.Deutero.32.Dereliqt deũ factorẽ ſuũ.Iob.4.Factore ſuo pu. Rom.ij.Factores legis iuſti.Iaco.x.Eſtote factores ver. In Symb.Niceno,Factorẽ cœli & terrę.Ambr.enarrans illud Rom.ij.prius citatũ,Auguſt.de ſpũ & litera receperunt hoc vocabulũ factor.Baſil.Mag contra Euno.li.4 dicit deũ bonoꝝ factorẽ,metaphraſte & interp̄teRaph. Volaterr. Tertull.aduerſus Marcionẽ li.ij.ꝓ factor ait conditor mali.¶Illicet,ꝓ ire licet,vel finis iam rei ſit,vel actũ eſt poſui,ſequutus Plau.q ait.Illicet hoc curato.Sic cecini,Implicat & gyris ſe labyrinthe tuis.Apoſtrophando ad rẽ inanimẽ.Sic Cice.1.Off.Odioſum eſt cũ a p̄tereuntib.dicit,O domus antiqua ꝙ diſp.do. Sic Naſo,Parue nec inuideo ſine me liber ibis.Et Flac.Quid amplius ò mare ò terra.Hæc apoſtrophe & proſopopœia frequẽtiſſime coniungunt atq; occurſant in poetis etiã ad res inanimes abſentes.¶Dixi in verſu,rudere docta,ſecutus Iuuenalẽ canentẽ.Doctus ſpectare lacunar,Doct⁹ & ad calicẽ vigilanti ſtertere na. Sic Ambr.de virg.li.1.mori neſcia,Difficilis certare,facilis coronari,rarus attollere ꝓdire neſcia.Priſcia.fortis bellare,prudens intelligere. Augu.li.3.Cõf.Auida ſcalpi. Plin.in epiſt.tribuere liberalis. Atq; hæc quidẽ in ſoluta oratiõe,quãto magis in ꝟſu hęc licita ſunt? ¶Aiebãt me p̄ter decorũ theologicũ ad Theologũ de grãmaticis locutionib.quibuſdã ſcribere.Sed iniuſte id taxarũt amici,Nã D.Hieron.theolog⁹ ad Ruff.itẽ theologũ,teſte Tho.Linacro,li.6.de emẽdata ſermonis latini ſtructura,de grãmatica differit.Item Eraſmus theol,in Bedam theol.ſcribens de polyſema vo

ce

ce ludo. Idē cōtra Stunicā, Sanctiū, Egmūdanū, & alios in varijs Apologijs de rebus grāmat. ſæpe diſceptat. Et abſolutiſſ. theol. Io. Ecki⁹ in cōment. in Aggęū ,pph. multa grāmatica tractat ad ſcripturę illuſtrationē attinētia Adde ꝙ ſcriptura ipſa ſacra ſæpe grāmatica vtiſ, vt qñ ait Emanuel. i. nobiſcū deus. Et Ephphata. i. adapire. Et id gñs alijs interꝑtamētis. Quid ni? vtaſ, qñ ad rei enarrationē ea ꝑtinent. Deniq; Io. Driedo Turnholt cōſummatiſſ. theol. in lib. de dogmatib. ſacrę ſcripturę, fungiſ officio grāmatici, tradēs varias ꝑpoſitionū & cōiunctionū acceptiōes. ¶ Locaui rabbi pſr in verſu, & recte, cū euangeliſta Mat. 23. Amāt vocari ab hoībus rabbi. i. doctores ait Theophilact. vel magiſtri, ait Diony. Carth. Rabbi eñ vox hebręa vtriuſq; nu. inuariata eſt apd Latinos. ¶ Reꝑhenderūt adhæc ꝙ in argumēto graui & ſacro, ſemel atq; iterū Adagijs vterer, qbus locū ſolū eſſe dixerūt in argumēto leui & ludicro, quale eſt Bucol. carmē, aut aliud leue poemation. Atq hic optem amicos fuiſſe oculatiores, Nā certū eſt vt teſtaſ Eraſ. in ꝑſatione Chiliad. Adagioꝝ plurima ,puerbia deꝑhendi in Philoſophia, Iuriſprud. & ſacris literis. Legiſ. n. apd D. Petrū: Canis reuerſus ad vomitū. Sus lota in volutabro luti. Et in alijs locis ſcripturę. Nunqd Saul inter ,pphetas? Cecinim⁹ vobis, & nō ſaltaſtis: Patres noſtri comederūt vuā acerbā, & dētes noſtri obſtupuerūt. & alia ,ppemodū infinita in vtroq; teſtamēto. Porro ſcriptura ſctā leue ac ludicrū argumentū dici nō debet, qppe qua nihil eſt grauius auguſtiuſq; ſub vtroq; Phœbo. Neq; ,puerbia ipſa res leuis dici queūt, qbus Chrūs ipſe haudquaq̄ leuis author, frequētiſſime eſt vſus. Poſtremo & alij quidā Critici iniqores q̄ par erat, accuſarūt in carmine noſtro hiantes & hiulcas ſciſſuras, quas aiebāt, implerē hemiſtichio, ꝑdidit ille ſuas: aut ſimili, qđ Battologiā ſonare mētiebanſ. Et Flacci & alioꝝ imitatiōes incōcinnas & intēpeſtiuas aiebāt me inſeruiſſe aut aſſuiſſe incōcinni⁹. Ego vt verū fatear, ſtudioſe eius rei grā, totū carmē noſtrū legi, relegiq;: at nuſq̄ ſic me deus iuuet, deꝑhendere potui talia hemiſtichia. Legat q̄ſo accurate lector æquus verſus noſtros, ne viuā ſiqd hmoi, qđ culpāt illi, inuēturus ſit. Q̃ ſi forte hemiſtichia inuenerit, nō tā battologiā ſonabūt, qđ illi calūnianſ.

niant.nã battologia nõ conſiſtit in hemiſtichijs cõfutis vt autumãt,ſed in repetitiõe atq; inculcatiõe eiuſdẽ ora tiõis,ſine affectu vel vlla neceſſitate ꝓlatæ.Sic.n.batto logiã definit Andr.Alciat⁹ eloq̃ntiſſ.Iurecõſ.li.2.ꝑter miſſoꝝ,Battologia eſt figura vel vitiũ,cũ q̃s eadẽ repe tit atq; inculcat inepte ſine affectu,vel vlla neceſſitate,á Batto quodã loquaci,q̃ ab Ouid.2.Metam.introducit, ſic loquẽs: Sub illis Montib⁹ inquit,erãt,& erãt ſub mõ tibus illis.Oſtendãt cenſores mei talẽ aut ſimilẽ battol. me in toto carmine meo admiſiſſe, & merito nos rephẽ ſos fatebimur. Reor ego dños meos cenſores memoria lapſos,& ꝓ battologia voluiſſe dicere,hemiſtichia caco phaton,aut cacoſynthetõ.i.durã dictionũ ꝓlationẽ,vel vitioſam cõpoſitionẽ ſonare.Mira certe carpẽdi libido titillat Criticos,q̃ id audẽt taxare in verſib.qđ dephen di etiã ab Argo Iunõis paſtore centoculo nõ poſſet.No dũ in cyrpo q̃runt, in oue pedẽ quintũ,in q̃driga rotã quintã. Caueãt ipſi q̃ſo,dũ me battologũ facere volũt, ne fiãt ipſi morologi.Nã ęgroti veteris ſopnia ſomniãt Ipſi debebãt.n.ꝓbare ratiõib.me incõcinnas & intẽpeſti uas imitatiões Flacci & alioꝝ aſſuiſſe.Dicere hoc vł illđ pparũ eſt: id.n.rabula vel indoctiſſ.ꝑſtare p̃t.Cauillari oĩa cuiq;ꝓmptius eſt q̃ ratiõib.cõuincere.Colliſiones fa teor vocaliũ & literę,m,ꝑ ſynalœphen,& ellipſin feci nõ nunq̃,graui quapiã ſentẽtia ſcripturę ſacrę vrgẽte.At ea colliſio aiũt grãmatici quidã celebriores,in q̃bus eſt Deſ ſpauter.nõ poſtremus in Stichologia ſua,magnã habet grãm,vbi hiatu & magnifica ꝓlatione opus.Siquidẽ vt Cic.inq̃t,Habet ille tanq̃ hiatus & cõcurſus vocaliũ,mol le q̃ddã, & qđ indicet nõ ingratã negligentiã de re hoĩs magis q̃ de ỽbis laborãtis.hæc Cic. Et certe colliſiones illas Flaccus,Maro,& alij pleriq; vates eloquẽtiſſ.faciũt ſæpiſſime tres q̃tuorve in vno ỽſu,idq; in argumẽto ꝓ phano:quãto magis id licebit in re ſacra? vbi arctiorib. legibus vtendũ,& nõ q̃buſuis ỽbis vt Philoſophi libere: ſed ad certã regulã,teſte Aug.de ci.dei,li.10.ca.22.eſt lo quendũ.Cæterũ q̃ Critici aiũt,plus lucis,energię,& ar gutię eſſe in ỽſibus q̃ circũferunt,q̃ in meo carmine.Re-

plus eſt in illorũ q nũc ſcribũt Inuectiuis,ſed nebulonicę Nã plęriq; hoc æuo nebulones (qbus plena ſunt oĩa) viros doctos & pios ſuis inuectiuis ꝟſibus nũc paſſim in ordinẽ redigũt,maledictis lacerãt,lancinãt,flagellãt. Equidẽ argutari nolim,ſed neq; debui:verũ piè & theologice qđ poſtulat argumẽti ratio,ſcriptitare. Q d'ſi effecerim nõ moror argutias,nõ moror argutulos. Nũc tãdẽ grãs ago meis caſtigatorib. oĩbus,æquis & iniquis: æquis,ꝙ anſam dedere mihi caſtigãdi q̃dã:iniqs,ꝙ authores mihi fuere mea defenſandi & corroborãdi. Siluiſſẽ ego piſce mutior, ſi nõ metuiſſem & alios ſiĩla q̃ illi reꝑhenderũt iniquè poſſe reꝑhendere,q̃ tñ recta ſunt,vt cõmonſtrauimus. Placuit igitur hæc ceu Coronidẽ noſtro libello adſcribere,ne tu q̃ꝗ lector candide etiã putares taxãda. Expurgationẽ igit hanc apologeticã boni æquiq; facias benigne lector in Chriſto dilecte,& Vale feliciſſime. Hoc demum admonitũ te velim,in carmine noſtro bis terq; hanc vocẽ Exomologgeſis,gemino gg à nobis poſitã ꝑ epentheſin.i.extẽſionẽ,& geminationẽ literę g in medio neceſſitate carminis & quãtitatis dictiõis exomologeſis q̃ aliter locũ nõ habuit in verſu hexametro,ſiquidẽ tres breues habeat inter duas longas ſyllabas,vti conſtat.

Finis.

IACOBVS IASPARVS DANVS ARHVSIENSIS PVblicus Profeſſor Græcus in Paræneſin hanc Leuini Crucij Enom. Aldernardini ſui amici ſingularis.

I Liber, & falſas doctrinas hæreticorum
Argue, Lutheri ſchiſmata carpe feri.
Corripe peſtiferam, quam non erat Arrius auſus
Euomere, hæreſeos illius illuuiem.
Mendaces pariter reliquos contemne libellos,
Ædidit iſtius quos truculenta cohors.
Vade bonis auibus, te quamuis unus, & alter
Aſſecla Lutheri rodere dente uelit.
Hi tamen, in quibus eſt rectæ pietatis imago,
Te capient placido, perge Libelle, ſinu.

Idem per eundem Græcè.

Ταυτὸ διὰ τοῦ αὐτοῦ ἑλληνιστί.

Ἔξιθι βίβλ' ἀγαθῇ σὺν τύχῃ, καὶ δόγματα ψευδῆ
Δείκνυθι Λουθήρου σχίσματα πάντα κακοῦ.
Πλάσματα πρὸς τούτοις τῶν ἄλλων ψευδολογούντων
Πάντα δ' ἔλεγχε σαφῶς φαῦλα τὰ αἱρετικῶν.
Ὅιπερ ἐρευγόμενοι τάδε χείρονα, ἤποτε γαύριξ

Eiuſdem in liuidos, ac obtrectatores aliorum operum.

Liuor edax procul hinc, procul hinc fuge liuor inique
Rebus in alterius cenſor iniquus abi.

Idem Græcè ab eodem.

φεῦγ᾽ εὐθὺς φθόνε πόῤῥωθεν σὺ κάκιστε γε φεῦγε
τῶν ἄλλων κρίνεις πράγματα πάντα κακῶς.

In dictum Apoſtoli illud, Neceſſe eſt hæreſes eſſe. 1. Ad Corinth. 11. eiuſdem Iacobi Dani Arhuſien. ῥυθμοποιοῦ Rhythmicè uerſum.

Hæreticos eſſe ualdè fuit, imò neceſſe,
Sic explorati fierent ut ritè probati,
Prædixit uerè diuino pneumate Clere
Paulus repletus, Chriſti quoq; dogmate fretus.

ταυτὸ ἑλληνικῶς.

Idem Græcè etiam Rhythmicè per eundem uerſum.

εἶναι αἱρέσιας μὲν ἀνάγκη ἔπλετο σκαιάς
ἵνα δὲ εὐδόκιμοι γινώσκωνται διὰ δῆμοι
προύλεγεν ἀτρεκέως τοῦ πνεύματος ὢ κορυφαῖος
παῦλος ἐὼν μεστὸς, καὶ χριστοῦ δόγμασιν ἀτρεστος.

Aliud eiuſdem in illud ad Titum 4, Hæreticum poſt unam, aut alteram admonitionem deuita.

Hæretici (poſtquàm monitus fuerit ſemel uſquàm,
Aut bis) deuita poſt modo colloquia.

Idem Græcè.

αἱρετικοῦ μετὰ τὴν πεῖσιν μίαν, ἢ ἑτέραν σὺν
εὐλαβεῦ ὥσπερ ὄφιν τὸν πρόπον, ἠδὲ ὁ πῆν.

Eiuſ-

Eiuſdem in illud, Duplici honore
digni ſunt, qui benè præſunt.
1. Timoth. 5.

Honore ſunt duplo coli digniſſimi,
Quicunque præſunt ritè preſbyteris ſuis,
Et maximè piè docentes ſubditos,
Vitáque præſtantes eadem quæ docent,
Hos inter eſt Leuinus hic Crucius meus,
Intus mihi notus, diuque, & in cute.

Idem Græcè per eundem eo-
dem Carminis genere.

Τιμῆς μεγίστης εἰσὶν ἀξιώτατοι,
Καλῶς προϊστάντες γε πρεσβύτεροι ἑῶν,
ἀτὰρ μάλιστα εὐσεβῶς ἑοὺς βροτοὺς,
ἀεὶ διδάσκοντες λόγῳ, τρόπῳ θάμα,
ἐν οἷς ὁ Λεβῖνος πέλει Κρούκιος ἐμοῦ, — ὃ Doricè
ἐμοὶ πάλαι ὃ γνωστός ἐστι παντελῶς. — pro ὅς. i. qui.

Ὁ αὐτὸς πρὸς τὸν εἰλικρινῆ
ἀναγνώστην.

Τόνδ' ἀναγνώστη φίλε στέργε ἄνδρα — κείνου, pro ἐκείνου Aeolicè.
(βίβλον ἂρ κείνου σὺ γὰρ εὖ ἀναγνοὺς,
αἵρεσιν φεύξῃ μὲν ἅπασιν ὧδε)
Κρούκιον ἀμόν.

Idem Latinè eodem metri genere,

Doctoris Danielis Mauchii carmen in dedicatione Lutheranorũ Tetraſt. ad Iac. Danum.

Feſta celebrabant templis quondam atque culina,
Omnibus hoc pulchrum, magnificumque fuit.
At ueſtri dicunt templi ſacratio quòd ſit
Cordis: ſed potant ut prius, atque magis.

Leuinus Crucius Iacobo Dano S. D.

ROgo effice tua diligentia Iacobe amiciſſime, ut carmen hoc noſtrum caſtigatiſſimè excudatur. Si delicatuli quidam, qui ſolis phaleris, & lenociniis uerborum oblectantur, potius quàm rebus, non probent noſtrum carmẽ, imò qui nil probent, niſi quod ipſi fecerint: Eruditi ſanè & graues uiri probabunt ſpero, qui ut liquet probarũt. Vale in Chriſto fœliciſſime cũ reuerẽdo Præpoſito tuo D. Rutgero de Taxis Præpoſito Louanien. & cum uniuerſa familia eius, cui cupio accuratiſſimè commendari, agéque ei immenſas gratias pro tam liberali in me oblata conditione. Boſcep. An. 1543. tertio dei Iunii.

Iacobus Danus Leuino Crucio ſuo.

Aduigilaui mi Cruci chariſſ. quoad eius fieri potuit ut tuæ ſatisfieret petitioni, quò carmen tuũ caſtigatè emendateq́; in lucem prodiret. Quòd ſi unũ atq; alterũ erratulũ fortè inciderit, imputandum id nequaq̃ inſcitiæ meæ, ut qui oculatus adeò nõ ſim, quin perlegendis characterũ minutiis non inſcitia ſubinde falſus ſim. Præterea ea eſt typographorũ inſtantia, ut labori magis diurno præcipitãdo, q̃ maturo & abſoluto operi

intendát. Sed habent fortaſſe & illi ſuam nec iniuſtá excuſationē, ut quorū labori bibliopolarū merces pro uotis non reſpondeat. Quin (ut uerū fatear) ego uiciſſim propter Cæſ. Ma. aduentū urgere non deſtiti, ut q̃ poſſet citiſſimè liber emitteretur. Quod ad D. Præpoſitum noſtrum attinet, ei es cōmendatiſſimus. Vale in Chriſto feliciſſimè. Antuerp. ex ædib. noſtris Idibus Septemb. An. 1543.

AD SACRAM ET CATHOLICAM CÆSAREAM MAIESTAT.

Carole ſi uiuis, uiuet tua patria tecum:
Sin moriare, mori cogitur illa ſimul.

Idem Græcè ſic,

Κάρολε σοῦ ζῶντος πατρὶς σὴ ζήσεται αἰεί,
εἰ δὲ τελευθήσῃς, ἤδε θανεῖται ὁμῶς.

Quem Deus incolumem tueatur tempore multo,
Cum Ferdinnando, cunque ſorore tua.

Idem Græcè rhythmicè.

Τὸμ θεὸς ἀσκηθῶς ὑπερασπίζοι κ᾽ ἀγαπητός, — τὸμ pro τὸν Ionicè.
σῷ γνωτῷ, Μαρίᾳ ξὺν δέ τε μεγαλαρίᾳ.

De Frederico Comite Palatino Illuſtri
Principe & fautore, & benefactore ſuo,
& Lodouico fratre eius.

Aliud in hoſtes Sacræ. C.M. garrientes eandẽ Sac.C.M. apud Argillã ſubmerſam per eundẽ.

Ecce reſurrexit, uana quem uoce tuliſtis
Æquoreis factum piſcibus eſſe cibum.
ὃμ μὶν ἰδοὺ ὃμ ψευδολόγως φάτε ξυμπανέστη
ἀκτὴν ἰχθύσιν ποντοπόροισιν ἔμεν.
Virgáque, & ferro uenit improuiſus ab undis
Emergens tumidis, Carolus ecce uenit.
ῥάβδῳ, ἠδὲ σιδήρῳ ἀνελπίστως ἀφικάνει,
τῆς πολιῆς ἁλὸς αὖ Κάρολος ἐξαναδύς.
Hoſtibus exiſtens terrori, mitis amicis,
Illis terrificus, quò ſit amicus iis.
ἀντιπάλοις φρικνὸς μὲν, φίλοις ἔσω εὐνηής,
ἵνα ἐκείνοις ᾖ φρικτὸς ὁ πρᾶος ἔτης.

Idem in illud Ioan. 19. & zachariæ. 12. Videbunt in quẽ tranſfixerũt, ad C. M. Secret. & Conſil. Nicõ. Nicolai, & Vigliũm zuechem: reſpondentes eidem Iacobo ſuo dicenti ſe audiſſe hoſtes non credidiſſe ſupereſſe Cæſaream Maieſt.

In quem uibrabant hoſtes perſæpe uidebunt
Blaſphemæ linguæ tela cruenta ſuæ.

Idem.

Εἰς ὃν μὲν σὲ σκωπτήριον οἱ νήπιοι αὐχὴν ἄκοντες
ὄψονται στυγεροῖς ὄμμασιν ἐρχόμενον.

Aliud in ſannas aduerſariorum Cæſ. Maieſt, & monetam illius M.

Carolus aduenit. uobis en Cæſar hianti
Ore, refuſurus ſcommata, dicta, ſales.

AD ILLVSTRISS. D. NICOLAVM Perrenotũ, D. à Granuella Sac. Caeſ. Ma. à conſiliis Primo, idem Dan. & ad proles illius.

Alluſio noīs Nicolai.

GRanuellane Heros, cum re, tum nomine uictor
Qui populi, ſeruet te Deus, atque tuos.
Vxorem ſeruet, uos ſeruet & inclyte præſul
Antoni, & Thoma tempus in omne Deus:
Incolumem te mi dilecte Hieronyme ſeruet
Seruator, ſic te Carole chare mihi.
Macte puer uirtute tua Frederice, parentum
Tu decus eximium uiue, ualeto σάος,
Viuat præceptor tuus Ammerotius ille
Inſtituat qui te nocte, dieque probè.

Aliud ad Reuerendum dictum D. Antonium Perrenotum Epiſcopum Atrebatenſem olim per Danum.

προσφέρομεν βίβλους ἔφορε τρὶς ἄριστε προῖκα
Δῶρα φίλων ἀγαθῶν, νυνὶ δίδωμι τ᾽ ἀμά.

Idem.

Attulimus libros Præſul uenerabilis olim
Munera amicorum, nunc tibi noſtra damus.

Eiuſdem in illud Gloria Patri & Filio, &c.

Δόξα πατρὶ ξὺν υἱῷ ἅμα πνεύματι πανσέπτε ἁγνῷ
οὖσι προσώπασι μὴν τοῖσ τρισὶν αἰὲν ἀμήν.

Epitaph. uxoris Caroli. v. per Leuin.